EPITOME RHE

# OH. CONRA
# DI DANNHAWERI

D. & PROF. PUBL.

EDITIO SECUNDA.

ARGENTORATI

pis JOHANNIS PHILIPPI MÜLBI,
ET JOSIÆ STEDELII.

M. DC. LI.

1053

# EPITOMES RHETORICÆ.

## Procemium.

*Quid est Rhetorica?*

RHetorica est ß habitus instrumentalis, directivus γ orationis ad fidem δ bene dicendo ε faciendam.

α Rhetorica à ῥέω fluo, quod fluere debeat oratio, non guttatim stillare, non hinc de Aristotele Cicero scribit l. 2. qq. acad. n. 119. undat flumen orationis aureum.

fferunt Orator & Rhetor, ut Demosthenes & Isocra in luce publicâ versatur, hic in pulvere latet scholasti-

*llic ara sonant, sed circum pulpita nostra*
*& steriles cathedras basia sola crepant. Martial.*

abitus instrumentalis ministrans præcipuè & per se nis practicis: ex accidenti & secundariò theoreticis. At admittimus quod Crassus ait apud Cicer non in judicium, & conciunculas tanquam pistrinum aliquod detrudendus: sed de re quacunque Oratori verba sunt a: dicendum ei si res postulat, quanta sit solis magnituæ forma terræ? de Mathematicis, de Musicis l. de Si constat, ait iterum Crassus l. 1. de orat. inter dominem ignarum astrologiæ, ornatissimis atque optimis

 mis

mis versibus Aratum, de cœlo stellisque; si de rebus rusti hominem ab aratro remotissimum Nicandrum Colopho um poeticâ facultate non rusticâ scripsisse præclarè: quid e cur non orator de rebus ijs eloquentissimè dicat, quas ad c tam causam tempusque cognovit? Est enim finitimus orat ri poeta, numeris astrictior paulò, verborum autem licen liberior, multis vero ornandi generibus socius ac pæne par.

γ Oratio est objectum etiam à Rhetoricâ per poliendum. materiâ logica & Rhetorica conveniunt, in forma sive mo considerandi discrepant. Quem in copiâ qui collocant, Zenonis utuntur similitudine de pugno & palma, nec sa nec bene judicant. Non satis, quia adhuc alia discrepant istius momenta sunt: quia 1. sæpe oratio quò brevior quò tundior est, quo verba rebus æquat tersius, hoc melior e luxuriet licet Ciceronis stylus, tamen Taciti dictio ideò n est hominis taciti. Obtineat hîc τὸ ἓν μέγα quia 2. sæpe ora Rhetoris curta est, & accisa. Dialectica ampla atque didu Homo bulla est, laconicè dicit orator: analogiam hanc mum prolixè exponit logicus, cum dicit, ut se habet bulla suam fragilitatem, ita homo ad moriendi facilitatem.

δ bene dicendo, dicendo eleganter, elegantiâ & venus te non meretriciâ & ascitâ, cujus olim studiosi fuere Sophis familiæ oratoriæ vibices & carcinomata, sed virgineâ at verecundâ. *Dices* frustraneum hunc quoque orationis m dum esse, quô [illegible] non egeat, quem sapientia non req rat, cum Oratione mentis conceptus exprimendi sint, qu comtè nihil referat? Resp posse quidem sine elegantia tibus exprimi veritatem, sed eam tunc fore nudam, atque formem. Si mihi sapientes semper judices darentur, ait Q til. l. 2. 17. atque omne concilium nihil invidiâ valeret gratiâ, nihil opinio præsumta falsique testes, perquàm si guus eloquentiæ locus. Sin autem tot malis obnoxia ve est, arte pugnandum erit: nec enim qui rectâ viâ depulsu reduci ad eam nisi alio flexu potest. h. e. si lex sola non mo, ut fides manu, affectibus concitatus ad fori capulum que urnam sederet, tùm demum sufficeret oratio pura

gram

ammatica nihilque foret salubrius præcepto Areopagitico ... προιμίου καὶ παθῶν. At quia homo sedet sæpe præoccupa-s, hinc ars eludenda est arte, cuneus cuneo expellendus, & uod Cicero in causâ Cluentii se fecisse gloriatur, tenebræ ffundendæ sunt judici, ut voluntatem ejus, licito stratage-ate quò velis & unde velis deducas. Id quod in aliis quo-ue causarum generibus obtinet, in quibus videas plus sæpe circulo & concione effici splendidis quàm fortibus argu-entis, plus catenula aureâ, quam clavâ, quod in Hercule suo pressere olim Celtæ. lubet ut mantissam adjicere, locum é al. de oratoribus qui inter Taciti opera legitur, non cense-. Oratio sicut corpus hominis, ea demum pulchra est in ânon eminent venæ, nec ossa numerantur; sed temperatus bonus sanguis implet mẽbra & exurgit toris, ipsos quoque rvos rubore tegit, & decore commendati & mòx, Ego ora-em, sicut locupletem ac laudatum patrem familias, non tantum volo regi tecto, quod imbrem ac ventum arceat, etiam quod visum & oculos delectet. Rursus, parum est gum non esse, fortem & lætum & alacrem volo.

ad fidem faciendam, finis hic externus est, quo destitu-s orator, dummodo bene dixerit, non infidelius suo officio nctus est, quàm si ægro sanitatem non restituat medicus, in ositum non est

——*semper releVetur ut ager.*

rtinet enim Rhetorica in censum artium στοχαστικῶν de qui-s Arist. l. 2. phys. c. 8. persuadendo vicit M. Cato, quadra-es sexies: *Valuit enim plus* (verba sunt Gell. l. 7. c. 3.) *quentiâ, quæ humanis rebus dominatur, quam omnes ini-corum insidiæ.* Ciceronis vocem plus quàm gladium, di-ictum pertimuerunt scelerati cives. Demosthenis dicendi majorem Philippo Regi horrorem incussit, quàm omnes henienſium arietes. Ille ipse Rex magis sibi gratulatus est, uam verbis adeptus esset victoriam, quàm si quos armis bjugasset, quod illic in societatem gloriæ etiam milites ve-ent, hæc victoria ad sui unius laudem pertineret. Quid? od milites sceptro graves unicâ voce ad persuasionem ac-mmodatâ in ordinem redegerit Cæsar?

—— —— *discedite castris, (cum dixit)*
*Tradite nostra viris ignavi signa QVIRITES.*

*Quid est Orator?*

Orator est α vir bonus β dicendi peritus.

α Vir bonus, quia nisi talis, cavillator potius est canis tribunal lambens, quàm Orator. Cum enim ipsi oporteat esse ideam & vivum exemplum faciendi, quod o tione præcipit: cum non ut pictor (ex vitio malus) in ang mussitet, sed in luce publicâ & conspectu omnium vers ideò multum inter est, ex quô tubulo fluat ille orationis t rens?

Λόγος ἐκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
Κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς οὐ ταυτὸ σθένει. Eurip.

β differunt, differere, loqui, narrare, canere. Differunt ristoteles & Theophrastus in peripato: narrant histórias I rodotus & Livius: loquuntur in foro homines subrost canit arma virumque Maro; Dicit solus orator.

*Quomodo dividitur Rhetorica?*

In partem communem & propriam: Illa co stitutionem orationis oratoriæ in genere trad hæc ad materiam & certa causarum genera art cium suum restringit.

## PROGYMNASIA RHETORICA.

Enumera α progymnasmata sive

*Præexercitamenta Rhetorica?*

Tribus illa versibus comprehenduntur,

*β Fabula narratur: γ chria: δ sententia: ε futat:*
*ζ Confirmat: η locus haud privus: θ laus: ι cri*
*na: κ confert:*

λ *Fictio* μ *descriptum,* ν *thesis* ο *ac inductio legum.*

α Habet ut dialectica, ita etiam Rhetorica sua progymnasmata, quibus ad facultatem oratoriam se durare debent tirones, sicut juvenculi boves cum equo rivali committendi

*tentant sese atque irasci in cornua discunt*
*arboris obnixi trunco, ventosque lacessunt* l. georg.
*ictibus*

ut aviculæ nuper exclusæ à ramo prius in ramum quam ab arbore in arborem saltitant. *Vnde in his exercerieloquentia alumnos verius, quàm spumosâ dilatationum, scilicet sine mente sonorum, congerie* Habent illa alium quoque usum in mediâ oratione; quam dici non potest, ut ornent, ut amplificent, & cunei instar securim vix penetraturam juvent. Sic δημηγορίαις fabulis nihil efficatius ad persuadendum, cum populus libenter aures præbeat ijs, quibus quotidiè dat operam. Venatoribus in mediâ oratione fabulam de bestiis & canibus enarra, vicisti. Eandem ob causam servator noster in Evangelio frequenter recitat parabolas de regno, quod regni cupiditate Iudæi jam pridem pertæsi Romanæ dominationis, flagrarent.

β *Fabula* quotuplex vide Aphton. in progymn. & Gerh. Voss. l. 2. hist. c. 15. Tractatio fabulæ incipit à commendatione vel auctoris vel fabularum ipsarum: progreditur ad exaggerationes è circumstantiis locorum, naturarum, & historiis affinibus: Vt cygni cum mentio inijcitur, quod ille fuerit olim Apollini sacer: cùm aquilæ quod virginem deperierit apud Plin. l. 10. c. 5. quod idem de Delphino prodiderit Gell. l. 7. 8. tùm ipsum Apologum narrat oratione ad affectus animalis unde fabula depromta est, quasi demensà. Denique ἐπιμυθίῳ claudit. Exempla in Aesopo de quo proverbium οὔτε τὸν Αἴσωπον πεπάτηκας, & poetis, mythologiâ Comitis natalis & Hygini innumera reperias.

γ *Narratio.* Cujus omne artificium infra tradituri sumus, cum ad illā orationis partem nostra deveniet commentatio.

δ *Chria* involvit personam: estque vel 1. verbalis, ut Xenocratis illa, dixisse me pœnituit aliquando, tacuisse nunquam

quam. vel 2. activa, atque muta, ut cum Pythagoras quæsi-
quanta esset hominum vita? per tempus breve conspici-
dum se præbuit, mox latebras petiit, humanæ vitæ mensur-
é momentaneo conspectu designans. Cum Cotys Thra-
Rex, ei qui dono miserat *πάρδαλιν* vicissim dono misit l-
nem, nihil addens, sed malam bestiam malâ pensandam,
que par pari referendum significans. Cum Tarquinius ap
Liv. l. 2,

—— —— *mandata latentia nati* Ovid. l. 2. F
*accipit. & virgâ lilia summa metit.*

vel 3. mixta, cum orationi conjungitur actio. Sic Dioge-
cum vidisset discipulum coram præceptore lascivientem,
dagogum baculo percussit, supperaddens quid talia doc-
Plato cum equum aliquando conscendisset, mox descen-
dicens se vereri *μὴ ἱπποτυφία ληφθῇ*.

Tractatur Chria 1. commendatione auctoris 2. exposi-
ne & paraphrasi. 3. *αἰτιολογίᾳ* 4. oppositione contrarii,
lustratione, à simili, exemplo, testimonio.

ε *Sententia sive gnoma* à Chriâ differt solâ auctoris m-
tione. Nam Chreia Aphtonio est *ἀπομνημόνευμα* ἔντ-
*εὐστόχως ἐπί τι πρόσωπον ἀναφερόμενον.* Sententia auctorem
ticet, ut, Ita vivendum cum hominibus tanquam Deus vi-
at: sic loquendum cum Deo tanquam homines audiant.
gnæ indolis signum sperare semper. Virtutis nullum th-
trum conscientiâ majus, non quid, sed quemadmodum f-
interest. turpe est senescere saxa apud Sirenia. Tractatio
non est à tractatione Chriæ, dummodo auctorem latere
tiaris.

ζ *Putat.* id est *confutatio* alicujus inveteratæ opinio-
Tractatio incipit à modestâ excusatione prævaricationi-
discessionis à veteri sententiâ: propositione ipsius sente-
è suis, si non est *ἀδέσποτος*, auctoribus: argumentatione
obscuro, incredibili, impossibili, absurdo, indecoro, in-
Exempla sunt, non dari Sirenes: non esse, quæ se ipsam n-
minat, Phœnicem: Cygnos mortis præcentores non esse:
loquium Aeneæ & Didûs fabulam esse.

η *Confirmatio* contrariis utitur telis, manifesto, credi-
li, po-

possibili, conveniente, decoro, utili. Vtverum esse, quod Horatij cochlitis mirabili natatione prodidit Livius: fuisse olim gigantes in mundo.

ϑ *Locus haud prius.* id est, *locus communis*, cujus scopus est adhortando vel dehortando incitare, ad aliud quid suscipiendum vel declinandum. Dicitur communis, quia omnibus, quos ea res de quâ sermo est, tangit, communis est. Tales sunt invectivæ cõcionatorum, in ebriosos, in profanatores sabbathi &c. Tractio absolvitur ipsa virtutis vel vitij expositione, illustratione per contraria, & comparata tàm paria quàm imparia, argumentatione à legitimo, justo, utili possibili, honesto, eventuro. Quæ omnia in ipsâ praxi Rhetorico commendatâ, velut in erudito pulvere à Mathematico, facilius exemplis disputari ac illuminari possunt.

ι κ *Laus* & criminatio ut tractari debeant, id totum petes scilicet è locis generis demonstrativi, de quibus infra.

λ *Confert.* *Collatio seu comparatio* vel majus ostendit vel æquale; atque vel bona bonis, vel mala malis vel bona malis vel parva majoribus pensat. Tractationis loci ijdem sunt qui in genere demonstrativo. exempla eleganter tractata plurima videas in parellelis Plutarchi. Sic comparari inter se possunt vita militaris cum scholasticâ: jurisprudentia cum medicinâ: cœlum cum muscâ: ebrietas cum adulterio.

μ *Fictio sive Ethopœia* est utilissimum & pulcherrimum præexercitamentorum genus, quo orationes aliàs frigidæ quasi animantur: quod vellet Deus, multum esset & assiduum in scholis rhetoricis. Id verò est expressio ac imitatio & consequenter imitatio affectuum & morum humanorum. Dividitur in Idolopœian, cum mortui introducuntur loquentes, ut polydorus à Virg. l. 3. Aen. Appius Clodius cæcus à Cicer. in orat. pro Cælio. Rachel deplorans liberos ab Evangelistâ 2. & prosopopœian, cum rei loqui non potenti affingitur locutio, ut telluri ab Ovid. l. 2. metamorph. 3. in ethophœian speciatim dictam, quo hominum vel absentium vel fictorum affectus moresque graphicè exprimuntur, ut in Evangelio filius perditus. Tractatio tota naturæ est non artis, sicut repræsentatio alicujus personæ in comœdiâ. si alibi certè

hîc Oratorem oportet esse ἐυφανλασιωτὸν. Sic ethopœiæ h
jus exempla esse possunt, fictio querelarum, quâ Adam su
lapsum deploravit: pœnitentiæ sororis Mosis, cum leprâ
candidatam vidit: lacrymarum germaniæ è duodecenn
infortunio conceptarum.

*Descriptum*, sive descriptio, ergasia, Enargia, quâ r
veluti in tabulâ spectandam proponimus, ut depinxisse n
dixisse orator, spectasse non legisse videatur lector. Talis
descriptio tempestatis apud Virg. l. 1. Aen. Famæ l. 4. Som
apud ovid. l. 11. metam. cladis Varianæ apud Tacit. l. 1. ann
n. 212. & seqq. hominis superbi, apud Basil. l. de opif.
dier. homil. 11. & luminosa illa hominis ebriosi διατύπωσ
apud *Rutilium lupum.* l. 2. quam in exemplum tractation
totam subijcimus. *Quid in hoc arbitrer bonæ spei reliqu
residere, qui omne vitæ tempus unâ ac desperatissima c
suetudine produxit? Nam simulatque ex prioribus horis d
nimiâ cibi ac vini satietate vix meridiano tempore, ple
crapulâ est experrectus, primùm oculis mero madidis, hu
re occæcatus, visu gravidis lucem constanter intueri non p
est: deinde confectus viribus utpote cujus venæ non sangu
sed vino sunt repletæ. seipse erigere non valet: tandem duob
innixus languidus, qui cubando sit defatigatus, tunicat
sine pallio, soleatus, præ lectul., palliolo frigus à capite def
dens, flexâ cervice, summissis genibus, colore exangui, pro
nus ex cubiculari lectulo excitatus in triclinium trahit
Ibi prestò sunt quotidiani pauci eodem studio excitati con
væ. Hic verò princeps paulum illud reliquum, quod h
mentis ac sensus, poculis extrudere ex eâ festinat, & co
bendo provocat, & lacessit, perinde ac si in hostium pr
quàm plurimos superarit atque afflixerit, amplissimam
victoriam paratam existimans. Interea procedit simul
illud tempus & potatio: oculi vinum lacrymantes calig
ebriosum vix ebrij cognoscunt: alius sine causâ jurgio p
mum lacessit. alius somno deditus* vi *cogitur* vigilare: *a
rixari parat: alium turbas* vitantem ac domum reverti
*pientem retinet janitor, pulsat, exire prohibet, interdic
demonstrans. Interim alium contumeliosè extra janu*

*ejectu*

*ctum, vacillantem puer sustentat ac ducit pallium per lu-
m trahentem. Novissimè solus in triclinio relictus non
um poculum è manibus emittit, quam somnus oppressit bi-
ntem, ac dissolutis artubus, ipsum poculum suapte naturâ
rmienti excidit.* Ita in Philipp. 2. Cicero, personabant o-
nia vocibus ebriorum, natabant pavimenta mero, made-
ant parietes &c.

Thesis quæstio infinita tractata contradictione & solu-
one. exempla habet Aphton. sic tractari possit, aurum bar-
ris propitii an irati Dii negarint? apud Tacit. l. de mor.
rm.

*Inductio legum*, sive legislatio, cujus tum usus est cum
pulo ab oratore lex aliqua nova persuadenda è locis status
gocialis, legitimo utili justo possibili. ut, An lex Pittaci in-
oducenda, ut duplici pænâ afficiatur, qui peccarit ebrius?
orsum etiam refertur dehortatio à lege aliqua à locis con-
riis, ne scilicet suscipiatur illa Ephesiorum, nemo apud nos
ius excellat.

## *PARTIS PRIMAE*

## CAPUT I.

### De objecto & fine ὥ Rhetoricæ Oratione.

*Quodnam est Rhetoricæ objectum?*

Mediatum ac remotum sunt res omnes de qui-
us facienda verba sunt: proximum ac immedia-
um est ipsa oratio quatenus ornanda & ad fidem
ciendam instituenda.

Videri possit effectum artis non posse ejus esse objectum,
ationem esse effectum Rhetoricæ. deinde ad objectum re-
uiri ut existat ante artem, non demum artis beneficio produ-
tur. Distinctionis igitur radio hæ nebulæ dissipandæ sunt.
ratio non est effectus Rhetoris sed hominis; orationis verò
elegan-

elegantia & vis persuasiva ei impressa effectus est Orato[ria]. Sic præexistit oratio, quia oratoria oratio præsupponit ora[tio]nem grammaticam. *neq; enim conamur docere eum di[cere] qui loqui nesciat: nec speramus qui latinè non possit hunc [or]natè esse dicturum. ait Tull. l. 3. de orat n. 38.* Vt nem[ini] olim ad senatum Romanorum patebat aditus, nisi latinè [loque]ret aut per interpretem loqueretur: Ita & illi ad eloqu[en]tiæ arcem præclusus est aditus, nisi qui comitem addux[it] communem illum gentiū Mercurium linguam è gramma[ti]ca haustam.

*Quomodo differunt inter se orationes grammaticæ, logicæ, poeticæ & rhetoricæ?*

Differunt forma & fine. Oratio grammat[ic]a congrua est & β inservit soli significationi: γ [Lo]gica indicativo tantum modo, verbo præsenti[,] casu recto constat, & veritatis inquisitioni mi[ni]strat: δ Poetica liberior est in phrasi & delectat[io]nem eruditam pro scopo habet: ε Rhetorica e[le]gantiam addit & copiam, & ζ ad persuadend[um] tota comparata est.

α Grammaticæ orationes sunt, in quibus nullum viti[um] grammaticum ostendere possis: ut sunt Saturniæ illæ lem[mata] apud Pers. sat. 1 v. 99.

*Torva mimalloneis implerunt cornua bombis,*
*Et raptum vitulo caput ablatura superbo*
*Bassaris & lyncem mænas flexura corymbis*
*Evion ingeminant: resonabilis assonat echo.*

v. Causaub. in h. l. p. m. 140.

Grammatica itidem oratio est Indiculus ille Marculphi seculo octavo Monachi: Ille Rex, illi fideli nostro, ille præsentiam nostram veniens nobis suggerit. quia in reg[ulis]

gram[...]

mmaticas non impingunt, sed oratoriæ non sunt, quia scuræ, quia barbaræ. Contra hæ biblicæ, quarum pudere ebat vulgatam, grammaticæ non sunt sed Frischlini Primo molestæ: Divisi sunt alterutrum à fratre suo. à conrtendo Domine captivitatem Sion, facti sumus sicut conso-: quare nos non potuimus eijcere illum dæmonium? Lantavimus vobis & similes, quas mera sit nausea, recoquesingulas. Vt vel hoc è spico subodorari possimus vulgatæ sionis latinæ auctorem non esse Hieronymum, quem coninter grammaticos educatum fuisse.

Functus namque est suo officio grammaticus, si menconceptus sic expressit, ut alij intelligant. quid velit?

Florem hæc orationis non sequitur, nec dilatat argumtis, sed minutis interrogationibus, quasi punctis & acuquod proposuit efficit. Talis est illa Zenonis ratiocinaaccisa, rotunda, subtilis. Quod ratione utitur id melius quàm id quod ratione non utitur. Nihil autem mundo lius; ratione igitur mundus utitur. Cic. l. 2. de nat. Deor.

Poeticæ orationes sunt, in quibus pisces, simum Nerei us: Romulus, ttabeati cura Quirini: crustum panis, cele solum appellatur: quas loquendi formulas stylus solunon admittit, tanto diligentius ab oratoriâ dictione ab quentiæ alumno discernendæ.

Hujus igitur notæ sunt elegantia & pro materiæ conditione copia; de quâ infra cum de elocutione acturi sumus ra.

Reliquæ orationes angulis contentæ mussare & logicus um ipso aliquid commentari potest: Eloquentia verò ut itia Vniversalis ad alios refertur nulla futura si in tenebris itescat. In publicâ luce Orator versatur, quà Concionas, quà Consiliarius, quà Advocatus, quà senator quà legatus : Quæ aliæ scientiæ privatim in umbraculis suis docent, omnia Orator in solem atque pulverem producit, ut torris instar in animos auditorum ejus oratio influat, eosque velit, demulcendo ducat.

CAP.

## CAP. II. De mediis Eloquentiæ persuasivæ comparandæ I. de Elocutione.

*Quibus mediis comparatur Eloquentia ad persuasionem idonea?*

Mediis aliis generalibus & communibus, al specialibus & propriis: α Communia sunt, natu doctrina, usus: β specialia & propria Rhetoric sunt quinque potissimum, elocutio inventio, c locatio, actio, memoria.

α De his prolixè Dn. Iunius in Meth. eloq. dicuntur c munia, quia omnibus artibus & disciplinis comparandis serviunt: nec in rhetoricâ, sed didacticâ explicanda sunt turam si alius certè Orator requirit, quoad omnes anim corporis vires absolutam, qualem facilius est fingere qu reperire. Naturalia certè plus sæpe in persuadendo effic quàm acquisita: videas oratorem facie speciosum gratior esse deformi, etsi hic multis illo numeris in arte sit super quia verò, ut alios natura deficit, ita alij deficiunt naturæ genda doctrina est & arcenda ignavia. Vsu denique vir lacte doctrinæ paratæ alendæ sunt. de quo in fine hujus co mentarii nonnulla monebimus. In Vniversum vero est rius quod habet Plutarch. l. de pueror educ. ἡ φύσις ἄνευ θήσεως τυφλόν: ἡ δὲ μάθησις δίχα φύσεως ἐλλειπές: ἡ δὲ ἄ σις χωρὶς ἀμφοῖν ἀτελές. lege sis methodum eloq. Dn. I p. m. qui: hîc nos vacare jussit.

β Tribus mediis Rhetoricam spoliavit Ramus, Inve ne, collocatione & memoriâ, solam elocutionem & actio tanquam σκέλετον reliquit, nefario ausu, an miserâ igno tiâ? Rationes illius solvisse, id est fundum veterem ten Inventionem ait ille & collocationem argumentorum lo Vnius munus esse, peccari in regulam justitiæ, cum lim scientiarum moventur. 2. memoriam totam naturæ esse

isj. & si artis non ideo rhetoricæ artis esse, cum sit omni-
scientiarum commune quasi gremium 4. insuper illam
itam & neglectam in Rhetoricis ab Aristotele ipso, &
toribus priscis. Resp. ad I. nos limites non movere, relin-
re Dialectico argumenta probantia generalia, præscinde-
erò ab ijs specialia ad certa causarum genera relata, quo-
tractationem Rhetoricæ dialectica non invidet: In so-
m nostræ arti vindicare argumenta ἠθικὰ & παθητικὰ
uibus paulò inferius. Fac enim, verba sunt viri alicujus
i adducta à Corn. Martin. Comment. log. adv. Ram.
propr. l. 2. c. 3. hodie tibi remotis omnibus subsidiis
am Milonis agendam, & ad extremum judicum animos
isericordiam flectendos. Hîc tibi trepidanti & inexerci-
ecce in alteram manum do locos istos tuos locupletissi-
in alteram misera & repudiata præcepta Aristotelis: hinc,
non aliunde videbis, utra manus liberalior sit futura? u-
pressiora omnia habitura? Sine dubio tandem disces
is thesauris hippocrateũ illud, omni copiæ inest inopia.
hic agnosces quoque in repudiata inventione rhetori-
Supra enim diximus artem hanc virgultum dialectices
propterea inventionem ejus propriorum quoquo ge-
rgumentorum ex fontibus secundi & tertii Topicorum
ri. Nam in his quæ quoquo versum latè diffusa fuerunt,
usum τῶν πολιτικῶν λόγων arctius conclusa quasi in a-
oratorios deducta sunt. Atque inde quidem emanarunt
erima illa præcepta de utili & damnoso, justo & inju-
onesto & turpi, quæ tu mihi, nunquam, ausim jurare, ex
unissimis locis dialecticorum facile educas ( addo, *et-*
*ostiatim supplices*) Experire, verum me dices. Ha-
s ille. ad II. negando memoriam solius naturæ esse,
nùm enim illa debet exercitationi & præceptis mnemo-
is aliis, Nam quod sic naturale est, ut habitui oppona-
g. risibilitas, id nullâ assuefactione, vel usu in melius
i potest: potest autem memoria rhetoricæ subsidiis ad-
III. fatendo esse eàm omnibus artibus communem
non κτήσει. ita quidem, ut licet meus ager in tuum non
at, nec tuus incidat in meum, rerum tamen nostrarum

tac pro-

ac proventum usus hujus promicondi commucetur. Diff memoria philosophica à nostrâ 1. objecto. Philosophus tantum memoriâ sepit. Oratori etiam verba tenenda si 2. duratione, illa non rarò & sua habet intervalla, hæc ita c tinua est, ut audiendi prius patientia quam hujus fides def at. 3. efficaciâ. Memorando nihil efficit sapiens, eloqu plurimùm. Vt enim friget Oratio quam actio non anim Ita ad persuasionem plus habet momenti è cerebro qu chartâ dixisse. Id nisi sit, cur concionatores orationes su chartâ non legunt? Sedentanij lectores, scribit Vernulei, de arte dicend. c. 16. præclarissimum oratoris nomen sust re non possunt. Omninò quippe, cum nemo plura sc quàm Orator debeat, oratoris pæne solius memoria esse v tur ad IV. quærimus quâ religione illi Aristotelem sequ tur in memoriæ non item in actionis omissione? Si illis l actionem addere, quam neglexit Aristoteles, num præva tio sit, si pomæria illius memoriæ additione augeamus? sis *Riccobon.* in comm. ad doctr. orat. Cic. c. 26.

## *Elocutio quibus absolvitur partibus:*

Tribus potissimum α elegantiâ, compositi dignitate. Virtutes elegantiæ sunt diction puritas, γ proprietas δ & perspicuitas: comp tionis ε συζυγία literarum concinna, ζ ordo d tus η numerus & θ periodus: Denique ι digni ornamenta sunt κ decentia & λ prudens rarit

α In eloquentiâ est ædificii instar aliquod, cujus f mentum *elegantia* est: junctura parietum & compag rum ac lapidum, *compositio* seu concinnitas: picturæ pturæ *Dignitas*, quam figuræ conficiunt tropi & am tiones.

β Puritas est, ut definit Scaliger exerc. 250. nihil alieni. Alieni autem à puritate styli sunt 1. *philologicè l mi aliarum linguarum*, utpote in latina eloquentiâ gr & germanismi; in germanicâ latinismi & gallicismi,

men in nævis nimium hodie sui catuli simias fallunt. Nihil
rius unquam phœbi cortina tulit quàm quod Scalig. scri-
*Venere propriâ quasi nativâ cujusq; linguæ decore foveri*
*ntentias quasdam, subnixasq; certis idiotismi fulturis su-*
*veri, quas in alıam quasi coloniam si deducas, iidem sane*
*ntives, gratiam tamen pristinæ commendationis non reti-*
*nt.* Sunt autem idiotismi linguarum, qui uni alicui ac
i linguæ sunt quasi vernaculi, quorum similia exempla in
guis aliis non reperias. sic germanismi sunt, Quid est tibi?
is tibi fecit? Ego pro meâ personâ loquor. Passus sum ja-
ram. Ego hoc proprio exemplo sum expertus. Quid
t vestra dominatio? valetisne bene. quales ut dediscat ju-
rus, præceptorum cautio est. De seipso multitudinis nu-
o loqui non semper vitii nævum habet; ea enim ipsius
llii consuetudo est, cum vel modestè declinare invidiam,
ei benegestæ, doctrinæ & prudentiæ laudem cum aliis
municare voluit, ut rectè monet noster Iunius c. 19. præ-
. de arte dicend. Contra idiotismi non sunt qui in aliis
uis exempla habent similia. Cognoscere mulierem, Gen.
Vnicus matris suæ prov. 4. vocare pro invitare ad convivi-
Luc. 14. 12. propriè hebraismi non sunt. Nam & Latini
ixére, Germanos intra annum xx fœminæ notitiam ha-
e in turpissimis numerasse auctor est Cæs. l. 6. comm. bell.
. sic & Vnicus in sensu superlativo usurpatur, pro dilectis-
o aut præstantissimo à Plauto Captiv. act. 1. sc. 2.

*alienus cum ejus incommodum tam ægrè feras*
*Quid me patrem par facere est, cui ille est unicus?*

aubm. ad illum loc. sic in Sticho. act. 2, nulli negare soleo
is me vocat.

I. *Puritatem styli contaminat phrasium poeticarum*
*mixtio*, ut cum Orator ille, quem Fabius ridet pro sparto
herbas Ibericas. Hoc nomine olim stylus platonicus
audivit, quod esset nimis accuratè calamistratus, vide
n. Halicarnass. l. περὶ τῆς Δημοσθ. δεινοτ. Apuleii quoq;
o poemati similior est quam solutæ orationi. III. *puri-*
*m fœdant verba sordida sumta ab artibus ac opificiis*
dis, à balneis. coriariis, popinis, ut calcei, sudor, stercus

curiæ apud Fab. l. 8. 6. Seneca in sordidis ista numerat, spo-
giam, pulegium, acetum, sed absque mentis aceto. Qui
quod illa potius sordescant, quibus, ut monet Erasmus l. 1.
cop. verb. c. 11. ipse Seneca suam orationem infamavit, pilic-
pi, botularij, crustularij. Scal. sordium reum agit istum V-
gilii versum in Ciri v. 249. sordibus & *scoriâ* patiar labesc-
tali IV. *Ethicè puritatem violant verba obscœna* qualia n-
sunt simpliciter ea, quæ sumuntur à rebus naturalibus, qu-
natura vult tegi, quia parere verecundè dicitur, id quod t-
piter fieret in propatulo: venter pudicè nominatur, impu-
cè ostenditur Erasm. l. 1. de cop. verb. c. 11. sed à quibus ca-
& delicatæ aures omnes naturæ quodam sensu abhorrent,
sunt verba nupta & priapeja omnia. Hæc verò sunt dupli-
vel ex primâ suâ impositione ἀδιάφορα ac indifferentia,
possint æquè de pudicâ ac impudicâ re affirmari. vel sunt
mâ suâ impositione ac significatione turpia. Illorum tu-
tudo demum è contextu colligitur, hæc ultrò nascitur. Ex-
plum illorum est phrasis *nervos intendere*, quam in Ru-
castigat Hieronymus, quo jure? vide Gerh. Voss. l. 4 in-
orat. c. 6. quâ sine omni obscænitate usus est Cicero in V-
nâ secundâ. Magnum onus, cum ait, & mihi periculos-
veruntamen dignum, in quo omnes *nervos* meæ indus-
*contenderem*. Turpiter eandem usurpavit in Phallicis
bullus. in satyra X. Iuvenalis; & l. 1. c. 5. Athenæus. I-
rum verò exempla sunt ἀφροδίσια omnia, quæ satius est t-
re quàm docere.

γ *Proprietas*, quæ in tribus potissimum consistit i-
*proprio vocabulorum usu*, ne e. g. petamus *licentiam abe-
di* pro potestate: cum illa rei malæ sit & illicitæ, hæc rei
differentis: ne *compilasse orationem* dicamus, sed collegi
illud enim plagij fuerit, hinc ne me Chrysippi scrinia l-
compilasse putes, vide Erasm. l. 1. de cop. verb. c. 10. 2.
*pithetorum* prudenti *selectione*, ne illa sint impertine-
Non doctissimum nominemus patronum nostrum, cui
tias acturi sumus, sed benignissimum. *in analogiâ verbo-
ad res ipsas relatâ*, quam alij orationis πρέπον appellant,
le in Platonis illo animadvertitur.

*Luctantes ventos tempestatesque sonoras*
*imperio premit* ——
...adrupedante putrem sonitu quatit ungula campum: quæ ...audimus, non tàm verba quàm res ipsas sensu nos tra... ...putamus. Vnum hìc adverte è Fabio l. 8. c. 2. non pro... ...us improprii vitio laborare, quicquid proprium non est, ...tropicum. Sunt enim ut imagines, ita tropi alij alijs illu... ...ores & significatiores. Major est in hoc tropo proprietas.
*Invadunt urbem somno vinoque* sepultam;
...ror in illo Horatij l. epod. od. 4.
*Quid attinet tot* ora *navium gravi*
rostrata *duci pondere*?
...n rostrum est triremibus, os non est. Scal. in hypercrit.
... Perspicuitas, quæ consistit in nitore primùm verborum ...ade in luce totius orationis. Illum offuscant, 1. *obsoleta ...quitas*. Voces vel sunt I. *antiquatæ*, eque memoriâ ho...ium sublatæ ut carmina axibus adhuc inscripta, Ianualia, ...onia, minervia. saliaria, è quibus Varro l. 6. de LL. hanc ...entiam adducit, Omnia dapatilia comisse Jani cusiones: ...onus, Ceruses, *deivos*, Ianos venit, id est omnia opipara ...edisse curiones: bonus creator sol venit. Item rancida ...ij, Lucilij, Accij, paccuvij poemata, è quibus hujusmo...entonem numeris platonicis obscuriorem consarcinavit ...bm. Gnobules Gnaruresque viri, ob rem vescam & pasce... ...m prodigitare topper exenteratum: insana remeligo plæ... Architectones meos calvitur: ut nisi qua fors resculam ...am properiter argento grandiat, angustitas mihi cor con...let. Vestra igitur patrocinatrix & delenifica vox ne bovi...ttaüt mihi obstringillet apud im Toparcham, quei pro ...domuis mis pollum argentescam. Vel sunt 2. *antiqua & ...octis* tantùm obscuræ, in optimo tamen latinitatis ævo ...atæ, ut infuscare vinum pro diluere, confert Taubm. in ...ert. de LL. p. m. 64. & seqq.
...I. *Pruriens novitas*. Novata sunt in triplici differentiâ ...*tione sensus*, cum voci alicui novus affingitur sensus, quo ...to Cicero in Lælio, vocem *obsequi*, προσπιπλήτλων Teren...am adeoque novam appellat, non quod prius usitata

 non

non fuisset, sed quod hoc in sensu inusitata, & significasset
lum gratificandi studium in re turpi & flagitiosâ hodie
jusmodi novata sunt in scholis Romanensium voces alite
surpatæ quàm olim, justificare, gratia. II. *ratione ipsius*
*cis*, rursus quadrifariam. vel enim nata sunt 1. *è soni simili*
*dine*, ut sunt illa Aristophanis ὀνοματοποιηθέντα nihil sig
ficantia, αὖ αὖ (latratum canum cum exprimit) βρεκεκε
κοὰξ κοὰξ) cum τὸ ῥητυρεύειν ranarum imitatur.) &
Taubmanni alaudarum æmuli.

*atque suum tireli, tireli, lire, tirlire tractim*
*per vernum volitans cantat alauda solum.*

Et hæc significantia, Stlopp. Persij, pro sono inflatarũ & c
sarum buccarum, γρύζειν Aristophanis à γρυ, pro suum g
nitu, & nomina avium quarundam à voce illarum ( ut si
catur Varro l. 4. de LL. ) petita, upupæ, cuculi, corvi, hi
dinis, ululæ, bubonis. 2. *ex imitatione* similium vocum, u
tissare, patrissare fratrissare, & Ciceronis illa figmēta, sylla
proscripturire 3. *ex derivatione* ut Augusti munerarij, M
læ reatus, Ciceronis beatitudo, beatitas, mulierositas,
nonnulli castigati à Mureto l. 15. var. lect. c. 20. indolon
necæ essentia ep. 59. Scaligeri αὐταυτος: Accij famulita
litas, vicissitas, qualitas, dulcitas, ponderitas: Tertullian
bonitas: Cœlii luculentitas, pulchritas, opulentitas: Luc
differitas: Marii Victorini, existentialitas, vitalitas, paril
quæ omnia collegit Dion. Gothofrœd. ad l. qui rei, de b
eorum, qui ante sent. 4. *ex compositione* ut βατραχομυομα
Homeri, θρασυμαχειοληψικερμάτων Athenæi, ( quâ voc
nuebat Brysonem Thrasymacho esse in disputando par
esse turpilucri cupidum) Paccuvij repandirostrũ, incurvic
cum pecus & rudentisibilus. Plauti perenticida, id est p
cesor, Seckelschneyder/Halophanta, bisulcilinga: Cat
vitilitigator & Sallustij viti magistratus, id est, vitio cre
Lucillij Terrigena, herbigrada domiporta sangine cassa.
tulli herifugus, cerva sylvicultrix & aper nemorivagus. La
reciprocornis, lanicutis, vestitrahus. P. Syri Ciconia pi
cultrix, gracilipes, crotalistria, avis exulhiemis. Beroaldi
bicasiovium. Laurentii Vallæ bombarda, à bombo & ar

I. *Lux deinde totius orationis obscuratur* 1. βραχυλογία
tritum illud,

*dum brevis esse laboro*
*obscurus fio* ——

adversus hic laconismus est in scriptis Thucydidis sub-
ris à Cicer in Bruto & Dion. Halicarnass. l. περὶ τῶ Θε-
ἰδιωμάτων. In scriptis Athenæi à Casaub. præcipuè l.
imadv. c. 2. quibus à latinis Persium annumeres licet à
λευκῷ alieniorem. 2. μακρολογία sive multi loquentiâ.
& memoria turbatur invisâ copiâ multarumque rerum
meratione. Quintil. l. 8. c. 2. præsertim si ἀποδόσεις &
mmodationes longo demùm intervallo reddantur. 3. *ex*
ἀμφιβολογία, ut

*Ajo te Æacida Romanos vincere posse.*
*Crœsus Halyn penetrans magnam pervertet opum*
*vim*

*vocum & sensus trajectione atque confusione,*
bonus quæ deinde cadis oneravit Acestes littore Trina-
dederatque abeuntibus heros *l. 1. Aen.*

Prima *compositionis virtus est* συζυγία & *concinna li-*
*rum junctura* quam tanti fecerunt veteres ut Aeschynes,
ationis μουσικὴν sive harmoniam Demosthenis oratio-
renibus compararit: ut ejus gratia apostrophas græci,
œphas latini excogitarint. cum in animum non intret,
in auribus statim velut in vestibulo offendit. Cum e.
ullius, orationem post reditum ad quirites primam, sic
isset ordiri, Quod rogavi Deos immortales: maluit di-
quod precatus sum à Diis immortalibus, ne delicatas
concursus horridiusculus literarum A & O offenderet.
sis Gerh. Voss. l. 4. inst. orat. c. 3.

II. *Altera* τάξις, quæ curat ut 1. oratio naturæ se-
ur ordinem. Viri ac fœminæ: dies & nox: ortus & occa-
otius dicatur, quam retrorsum fœminæ & viri &c. Pro-
ὑστερολογία ἄτακτος est in his

*oriamur & in media arma ruamus,* l. 2. Aen.
*postquam altos tetigit fluctus & ad æquora venit* ut 2.
glisćat in significatione. Quale incrementum in his

 depræ-

deprǽhenditur. abiit, excessit, evasit, erupit. Item, Tu faucibus, istis lateribus, istâ gladiatoriâ corporis firmit In quibus posteriora semper sunt ἐμφατικώτερα.

§ III. *Tertia Numerus*, qui, ut locum habeat in ora ne, quam solutam non dissolutam esse oportet, multum men discrepat à numero poetico; ille dissimulatur & late apparet: hinc à Fabio utriusque differentia comparatu discrimini quod est inter enthymema & syllogismum. I milis ille sibi est, ac in fine periodi potissimum attendit principio minus, in mediominimè: hic æqualiter servat bique semper est similis.

IV. ϑ *Periodus*, latinis ambitus. Constat illa e ac incisis seu commatibus, periodus nisi sit ἀφελὴς ple habet quatuor cola: excessus ejus si adhuc sit εὐσύνοπτ( verbo Aristotelis utar in rhetoricis, ) id est tantus, qua spiritus & latera adhuc ferre possunt. tùm πνεῦμα appell si altius τάσις Estque periodus omnis vel εἰρομένη ju vel κατεστραμμένη versa, quæ quandã habet στρογγυλότ rotunditatem: eaque propter constat ex προτάσει καὶ ἀπ quæ aliis καμπὴ καὶ συστροφὴ nominatur. Rursus period est ἰσόκωλος, in quâ propositio & applicatio ferè æqual syllabarum; vel μακρόκωλος cum applicatio est longior βραχύκωλος cum brevior. vide Voss. l, 4. c. 3. Ad orat suavitatem præcipue facit periodus ἰσόκωλος,

*Si quantum in agro locisq; desertis audacia potest tantum in foro atq; judiciis impudentia valeret:*

*Non minus in causâ cederet Aulus Cæcinna sexti Ebutij impudentiæ: quam in vi faciendâ cessit audac*

ι Dignitas orationis ornatum & amplificationem plectitur Ornatus è tropis & figuris nascitur, de quib seq. Amplificatio aliàs dilatatio primum in genere pr rit fundatissimas & locupletissimas rerum verborum pes. Quod verba attinet, librum Erasmi de copiâ ver alumnis nostris, ut qui maximè, commendatum vo Volumus & ejusdem chiliadas volvi revolvique dili cum id sint in oratione proverbia modicè posita, quo in horto, stellæ in cœlo, gemmæ in corona. Quin & 

rũ thesauros exigim⁹, quos mallem⁹ propriâ industriâ col-
gi, quàm precariò haberi & mutuo conduci. Quod res dein-
attinet, ex Universâ sapiētiâ tàm divinâ quàm humanâ eas
prómtum oportet. speciatim amplificationis artificium de-
ndit ab hypothesi ad thesin & contra: synonymis, peri-
rasibus, descriptionibus ac definitionib. rem declarat: addit
ggerationis figuras, ἄυξησιν, distributionem, ethopœian:
cumstantias consectatur, vel alio vel trito hoc versiculo
nprahensas, Quis? quid? Ubi? quibus auxiliis? cur quo-
odo? quando? species loco totius ponit ac enumerat: si-
litudinibus oppositionibus contrariorum, comparatio-
us, testimoniis rem omnem illustrat, firmat, comprobat.
æ nos omnia mallemus vivâ doceri praxi quàm præceptis.

Decentiam vocamus, eum idem tropus continuatur,
n permutatur cum alio Calcaneum quippe in cerebro ha-
t, qui dixerit aliquid legisse in calce capitis. *Id* ait *Fabius*
*imprimis est custodiendum. ut quo ex genere cœperis trans-*
*unis, hoc desinas. Multi cum initium à tempestate sum-*
*unt, incendio aut ruinâ finiunt, quæ est inconsequentia*
*um fœdissima.* Legitur apud bonos auctores non raro ille
porum saltus, ad illud Catulli Muretus observavit,

*Nec ullius natantis impetum trabis*
*Nequiisse præterire, sive palmulis*
*Opus foret volare, sive linteo,*
*Sic in Ciri Virg. quæ simul ac venitis hausit sitientibus*
*lam.*

s verò meminerimus licere poëtis esse licentiosis, non i-
n oratoribus.

Prudentis raritatis est, modicè uti tropis. Ut pictor qua-
r incuriam umbras aliquot & figurarum intervalla ponit:
Orator ornamenta non effundit æqualiter, sed materiæ
quid puræ relinquit, ne quæ acerrimè movent, celerrimè
idium pariant: ne plures in oratione reperiantur advenæ
am indigenæ, Rem igitur dignam in suo satyrico risit per-
atus Euphormio, cum eorum castigavit ineptiam, qui tùm
d eloquentiæ interiora admissos sibi persuadent, si oratio-
n *æternarum figurarum fulcris & turgidis dictionibus*

*nixam ab elatâ metaphorâ in aliam saltitantem* compi-
tunt.

### *Affer Rhetorum de Elocutione Canones?*

Canones de elocutione hi sunt 1. Absint ab o-
tione eleganti aliarum linguarum idiotismi
mixtiones; β phrases poeticæ: verba sordida: γ o-
scæna: δ impropria: ε antiquata: ζ novata: η o-
scura. 2. θ Oratio sit latina, in floridis succi-
plenis latinitatis auctoribus fundata. 3. ι Institu-
tur accuratus atque prudens verborum delect-
4. κ literarum potestas ex asse teneatur, λ 5. ordi-
& significationis verborum diligens habeatur
tio. μ 6. Orationis numerus nec negligenter
ctetur, nec superstitiosè observetur, ν 7. In pe-
dis applicatio respondeat, quoad fieri poterit, p-
positioni; ο evitetur troporum & saltus & -
quentia.

α De mixtione græcarum vocum ac sententiarum
ratione latinâ quæritur, an & quatenus concessa? Respo-
mus sine vitio græca latinis misceri 1. in defectu latinæ v-
vel si vox latina non sit æquè usitata: hinc philosophiæ, p-
syllabæ voces inter quirites feruntur. Usitata, scribit Au-
de utilit. credend. ad Honorat. c. 3. apud nos & latina si
cassem, interpretando essem ineptior: si autem circumlo-
rer, minus essem in disserendo expeditus. 2. in emphasi-
quas habent græca præ domesticis 3. in proverbiis salib-
facetiis, quæ cum suâ linguâ in quâ nata sunt, gratiam
que & leporem amittunt, cujusmodi sunt illa, πολιτικὸς
ὄτ' ὄναρ l. 1 ep. ad att. 15. αἰδέομαι τρῶας καὶ τρωάδας ἐλκ-
πλους l. 2. ep. 6. & ep. 16. quid ακκιζόμεθα tàm diu? 4.
legationibus. cum retinere ipsorum auctorum voces m-
mus, quàm nostris easdem permutare. hinc Tull. in par-
on

nes paradoxorum titulos è patriâ græcorum accersivit 5. iptis crypticis, cùm literas in alienum incidere nolumus, ut fert conjectura, non minima fuit causa. ob quam Ci- in ep. ad Attic. tàm frequens fuit in permixtione græca- vocum, *pertimuit enim ne à literis proderetur*; ideò ex posito ἀλληγορίαις easdem obscuravit l. 2. ep. 20. Nimia r, si miti verbo utar, superstitio; si verò, ineptia eorum qui idiotismos linguæ sanctæ, voces itidem Ecclesiæ & ssimi sermonis patribus usitatus furcillis quasi expule- & substituerunt pro baptismo lotionem, pro angelo ge- n, pro Ecclesiâ Rempub pro synagogâ collegium. Tàm atæ non fuère Evangelistarum aures quæ Romanas etiam s græcâ quasi civitate donarunt. hinc δηνάριον, κεντυρίων, ν, κοδράντης, κȣστωδία, Confer Drus. l. 6. præterit. p. 204. Ideò & methaphoræ solis poetis usitatæ orationem pol- t: neque enim Orator rectè descripserit tempus matuti- ex illo Maronis alto se gurgite tollunt

*equi lucemq; elatis naribus efflant*. l. 12. Aen. Satis hinc igitur, quid de stylo *Apulejano* sentiendum e. g. *commo- punicantibus phaleris aurora roseum quatiens lacer- cœlum inequitabat, & me secura quiete revulsum nox reddidit*.

De obscænis generale præceptum extat l. 3. de orat. c. 63. *fugienda est omnis turpitudo earum rerum, ad quas animos qui audiunt trahit similitudo*. Sunt tamen tiones. Neque enim trahitur animus ad deformem co- onem, *si* 1. *meminerimus* προεπιπλήττειν præ reprehen- venire, tùm enim cogitatio retrahitur & coercetur. Cu- di προθεράπεια est, sit venia dicto salvo honore &c. *si* 2. *m scripserimus*. Quid enim in obscœnis hujusmodi tyrici poetæ non permittunt? quorum præcipuè est m scapham & ficum ficum appellare, satyrâ ipsâ suâ au- te prohibente turpem cogitationem. Vnde & ipsa scri- , aliquando hujusmodi locutionibus utitur aliquando et. Vtitur voce latrinæ 2. Reg. 10. 27. σκυβάλων Phil. cultat obscœnitatem cùm plurimis in locis, tùm maxi- am. 24. 4. Et ingressus est Saul ad tegendos pedes, in

 quem

quem locum in marg. B. Luth. annotat sein Füß decke
züchtig ist die heilige Schrifft / das sie die Füß de
heist / auff das heimlich gemach gehn. Non enim
nos, braccati erant hebræi, sed tunicis induti, quibus co
niscentium pedes tangebantur. Ibi res ita ferebat pr
loqui, ut & Baalitæ intelligerent quid mererentur eorum
la, & pulchro opere tumidi viderent, quid esset propria
tia? perinde ut Satyrici duro nodo durum quærebant c
um. Hîc aliud suadebat τὸ πρέπον. Hinc & illud intelli
plaustra calumniarum esse quæ è colloquiis mensalibus
vidiam B. Lutheri comportarunt adversarii: cum in ob
num sensum multa demum à malo interprete fuerint
ta, non scribentis culpâ sed legentis ait Fab. quædam
plusquam satyrico zelo restauraturo Ecclesiam, conven
*Si 3. periphrasibus & similitudinibus usi fuerimus*, qu
rantur intellectum ne illicò feratur in sensum obscœnu
*adulterium* circumloquitur Plautus his phrasibus, *pe*
*dum septum facere semitam* Curc. act. 1. sc. 1. *clamu*
*foris excubias agere.* Casin. prolog. *fundum alienum*
Asin. act. 5. sc, 2, *ire quò saturi solent*, Plauto est alvum
nerare Curcul. act. 2, sc. 3. *si 4. ad subjectam materiam*
*gitationis abduxerimus* veluti stercus & stercorare, i
Erasm. non est sordidum verbum, si apud agricolas de
culturâ loquaris: Ita exosculari & dissuaviari ingenium
jus honestè dicitur.

♪ Rectè igitur Varro suadet, ut omne verbum aure
dam statera pensitetur, ne leni utaris voce, cùm grav
est, aut gravi, cum res ipsa leniorem sonum exigere vid
g. parricidium cum exaggerare volumus, patrem à fili
cidatum esse dicendum est; cum elevare, esse necatum
ejus à filio violatam. Sic Scipionum in bello virtutes c
turi, non nudè fortes appellandi sunt, sed cum Cicero
pugnacula belli punici. Verba ad rerum genios quasi d
ia oportet.

1 Neque tamen antiquis prorsus nullus in oratio
cus. cum verba à vetustate repetita, non solùm magn
ctores habeant, sed etiam afferant orationi majestate

am non sine delectatione. Fab.l.1.c.6.propriis dignitatem antiquitas: namque & sanctiorem & magis admirabilem ciunt orationem, quibus non quilibet fuerat usurus: idem 8. c.3. possunt igitur interseri antiqua 1. modice non fartim, anu non culeo. 2. præmissâ præventionis formulâ Cujusodi formulas aliquot præscripsit Eras. l. 1 de cop. verb. c.11. to librorum helluo, si *tamen eo verbo fas est uti in re tam clara.* Ipsissimus ut *Plauti more loquar. Cur enim non ar Ennii verbis?* Nam *Horatiano verbo libenter utimur. noscis castrense verbum, dicam antiquè ut dicam melius c.*

ζ Ὀνοματοποιΐα non æquè oratoribus ac poëtis concess. Illis quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. His endum est πεφυκότως, non πεπλασμένως. Philosophis antum hîc liceat, definimus in idea boni disp. s. 1. ç. 1. art. 5.17.

η Obscura. Malè ingeniosus est, ad quem capiendum us est ingenio Lips. Malus Præceptor qui discipulis non nisi τισον σκότισον acclamat, Feris similes illi tenebrarum sectores sunt, quæ ne capiantur, cubilia confundunt. Quedmodum in speculo impuro, ( ait Iunius c. 18. art. dic. ) agines non exprimuntur: nec in aquâ lutosâ conspici pispossunt: ita res & sententiæ optimæ intelligi nequeunt, bara & parum pura vocabula si extiterint. Sunt tamen in ado etiam limitationes hujus præcepti. Videlicet alia esse scura naturâ sua, alia ex opinione tantùm indoctorum (ut obsoletis scribit Taubm. dissert. de LL. p. 63.) non hæc, sed prohiberi 2. In jocorum jactu ἀμφιβολογία obscuriori licludere, quibus sæpe gratia accedit ex ambiguitate sermo-. Lubet memoriam in exempla spargere. Octavium laudum & *tollendum* dicebat Cicero: Ciceronem *postremum icorum* accedere, dicebat Octavius. Idem cum videret endam arare locum paternæ sepulturæ, hoc verè, dicebat, *patrem colore.* servus Plautinus in asin. act. 2. sc. 4. in fine, *m peculium numerari non posse* asseverat. Hegio in Ca-. act. 5. sc. 2. *in ruborem ait, te totum dabo,* id est vel puem extorquebo vel sanguinem: illud sine, hoc cum loris.

Multum

9 Multum interest eloquentiæ, latinè loquaris cum b[…]
nis auctoribus, an vulgariter & quasi ἀδεσπότως. En e[…]
tibi phalanges, simplicis vulgaris & grammaticæ locutio[…]
& huic oppositæ, latinæ, melioris & rhetoricæ elocutioni[…]

| Vulgò | latinè |
|---|---|
| *Ire alicui ex sole* | *à sole abesse, non officere a[…] canti.* |
| *hæreditatem dividere* | *adire, cernere hæredita[…]* |
| *ante & retrò vulneratus* | *adverso & averso corpore e[…] pit vulnera* |
| *agonizare* | *agere animam,* |
| *festum celebrare* | *agere diem festum* |
| *subornare falsum testem* | *apponere calumniatorem* |
| *publicè bona vendere* | *vendere sub hastâ, auction[…]* |
| *suadeo tibi* | *auctor tibi sum* |
| *protocollo inscribere* | *in auctoritates referre* |
| *ludere instrumentis musicis* | *canere fidibus* |
| *rumor carens principio* | *rumor sine capite, ἀδεσπ[…]* |
| *procurator. referendarius, registrum.* | *Cognitor, quæsitor, comme[…] rium.* |
| *promitto me venturum ad cœnam.* | *Condico cœnæ* |
| *distribuere pecuniam* | *describere* |
| *prolongare tempus* | *ducere tempus* |
| *duplo plus dare* | *in duplum ire* |
| *Calendarium* | *fasti.* |
| *liber fœnebris,* Schuldbuch | *Calendarium* |
| *abbreviare orationem* | *incidere* |
| *Delatores Reipub.* | *Indices publici* |
| *secreta litera* | *literæ interiores* |
| *si tibi sic placebit* | *si sic tibi videbitur* |
| *neutralem esse* | *esse medium, medium fer[…]* |
| *secare venam* | *mittere sanguinem* |
| *generaliter, specialiter, singulariter* | *generatim, speciatim, n[…] natim.* |
| *tristia nova.* | *tristes nuncii allati sunt* |

| | |
|---|---|
| *rea saltatoria* | *orbis saltatorius, versare orbem saltatorium,* |
| *dere pro re aliquâ* | *præstare culpam, debitum* |
| *dere velle domum* | *proscribere domum.* |
| *dente aliquâ malâ circumstantiâ* | *accedente aliquo turpitudinis numero Gell. 1. 2. 7.* |
| *niâ numeratâ emere* | *repræsentatione emere.* |
| *ma summarum* | *ad summam* |
| *ntias facere* | *facere versuram.* |
| *decim, novendecim* | *duo de viginti. Vnde viginti* |
| *nciare suo officio* | *artem desinere* |
| *re alicui* | *factum alicui velle* |
| *dibile est.* | *noli quærere ita pulcher hic mihi visus est dies.* |
| *nia favori exposita* | *occupata pecunia, cõtra otiosa* |
| *sè docere* | *ruere in docendo, per saturam scribere* |
| *ndamento aliquid scire.* | *venam rei tenere.* |
| *elibri primi* | *in extremo libri primi* |

sitio hæc docet latinitatem non è trivio petendam, ne ex inficetâ Monachorum culinâ, sed ex optimis auctori- qui quidem seculo Ciceroniano vixére, quo latinitas in quasi ætate floruit: cum prius Accij adhuc & paccuvij no inquinata, in cunabulis adhuc jacuisset, pòst cum an- nsenuerit. In eorum auctorum classe, è quibus hauri- atinitas *num Plautus quoq; censendus,* non immeritò æritur? cum constet fuisse grammaticastros nonnullos, usarum illam decimam sine populi suffragio in tabulas iptorum retulerunt, causati 1. verborum antiquitatem œnitatem 3. salium & facetiarum prodigalitatem.

*facile hic est —— lateris sinuamine flexi*
*Ludere ventosas, jactu pereunte, sagittas, Prudent.*

primùm antiquitas non officit Plauto, nisi etiam offici- oni, qui si latinus nõ fuit. nemo certè unquam Latinus Hoc namque carmen compegit è priscis Virgilij *phrasi ubm. in dissert. de LL.* quod lubet integrum ascribere

*Ramea stirps sacro camuræ fragmenta labrusca*
*Aclides, eduri, quacunq; potestur, ad ictam*

Depopu-

*Depopulantq; ruuntq; ut spisso vimine qualus*
*Aulas in medio consiat : apumq; quirites*
*Prctai aurai comites undantia rusco*
*Tempe interficiunt : à sento rure capellas*
*Reice age dat Corydon, neu qui fuat inq; ligatus*
*Inque salutatus. res dicitur ocius olle.*

glaciem hanc fregére & viam munivére Tironi nostro pr[æ]puè Anton. Schotus & obertus Gifan. in obser v.LL. quos dem auctores diligentissimè commendamus.

*Age*, ait Taubm. *quis mihi in totâ hâc Saxoniâ granari vel purgatissimi tritici ostendat, in quo non aliquem m[o]pulum è viciâ aut lolio, si curiosior sim, possim colligere.* quis vel Athenienses vel Romanos, quod illi navim thes[ei] casam Romuli in honorem antiquitatis, diligenter co[nser]varint, in crimen vocavit? Non diffitemur deinde verba i[l]lo auctore reperiri prætextata, quibus honor præfandus s[it] optamus eâ parte ab aliquo Aristarcho castrari, quâ lasc[iva] est: sed cum in virginei quoque illius poetæ τὸ μηλοβολ[...] Tullio τὸ adversus & aversus impudicum, in omnibus [fe] latinis auctoribus legantur similia: alterutrum facien[dum] aut omnes boni auctores unâ quasi perticâ damnandi, au[t] ic quoque sua asserenda est statio. Quia igitur hinc lati[ni]tis discendæ urget necessitas, illinc ab aditu prohibet ve[rbo]rum lascivia, quid faciendum nobis aliud est, quàm quo[d U]lisses fecit, cum sirenum præternavigavit insulas? aures o[bstu]remus ad fescennina carmina, ac, ut monet Ioh. Passer[at] per illas obscænitates sic incedamus, quasi per mediam [...]ram ad sobrium vicum, aut ad aliquod pudicitiæ sacell[um] cogitemus mundis omnia esse munda, inquinatis inqu[inata]. Denique jocos Plautinos Tullianum defendit scholio[n du]plex, cum ait l. 1. off. jocandi genus est, unum illiberal[e, pe]tulans, flagitiosum, obscœnum: alterum elegans, urba[num,] ingeniosum, facetum: quo genere non modo Plautus n[oster] & atticorum antiqua comœdia, sed etiam socraticoru[m phi]losophorum libri sunt referti.

*i* Supra è Varrone diximus, aureâ quodlibet verbu[m] [ ]terâ pendendum, si sophocleum aliquid meditamur.

A cum pronuncietur ex imo gutture, ore prorsus hian-
deò hiantibus & asperis locis describendis frequenter ad-
ri solet : sic enim Cicero de hiantibus averni locis, cum
phemi umbram inducit, scribit, adsum atque advenio A-
onte vix viâ aliâ atque arduâ, per speluncas saxis structas
is. B. insuave est, jucundè tamen colliditur cum literâ
P. — puppésque tuæ pubésque tuorum. Virg.
orum β scribit Eustat in Hom. esse μιμητικὸν τῆς τῶν
ύτων φωνῆς βῆ βῆ, bee, bee, hinc alii volunt ut dagessatum
unciari, non dicendum βίος fios, sed bios. C. tum rectè
entatur, cum mora aliqua & tenacitas est indicanda.

*Nec cum capta capi, nec cum combusta cremari.*
*Ennius.*

onunciatione hujus quoque literæ multa anquirit Scal.
I. L. c. 10. & 38. & refellit gallorum sibilum, quod non
quat differentiam inter cellam & sellam. Adeant verò ad
fontem, qui majores sitiunt createre . D. hiatum &
ursum vocalium impedit, cum vocalibus horridiusculè
essuris interponitur. hinc Muret. l. 1. variar. lect. c. 19.
m illum Horatij l. 1. ep. 4. sic legit, omnem crede diem
lluxisse supremum, & expungit illum criticorum obe-
qui legunt diluxisse. E. lamentationi exprimendæ ac-
nodatum ut Sinonis illi

*heu! quæ nunc tellus, quæ me æquora possunt acci-*
*pere?*

atibus exprimendis inservit,

*loca fœta furentibus austris — ferunt sua flumi-*
*na classem.*

ferme eandem vim habet cum C. H. spiritus est flatu te-
ma vivificans H.
nvenit rebus exilibus, ut guttarum penetrationi in hoc

*accipiunt inimicum imbrem, rimisq; fatiscunt*

s molles enunciat

*Mollia luteolâ pingit vaccinia calthâ.*
*Ipse ego cana legam, tenerâ lanugine mala.*

N. rei prodigiosæ exprimendæ ancillantur, ut

mon-

monstrum horrendum, in forme, ingens &c.
O. correptum rem subitaneam, productum affectum primit. Illam in hâc repentinæ mortis descriptione
*O nimium cœlo & pelago confise sereno*
hanc in exclamatione. ô tempora! ô mores! Observatu dignum in duobus versibus vicesies à Cicerone hanc lite usurpari l. 2. off. n. 3. Alia cum ad opinionem commu omnis accommodetur oratio. Quam obrem ut vulgus, nos hoc loco loquimur, ut alios fortes viros, alios bonos os prudentes dicamus.
P. & R. conjuncta violentiam notant, ut
*Quà data porta ruunt & terras turbine perfla*
R. tanquam litera canina, motibus servit iratis. obse nonnulli Maronem Iunonis iram designaturum continu versibus, quinto quovis pede syllabam RE adhibuisse

*Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant,*
*Cum Iuno æternum servans sub pectore vulnus*
*Hæc secum: mêne incepto desistere victam?*
*Nec posse Italiâ Teucrorum avertere regem?*
*Quippe vetor fatis? pallásne exurere classem*
*Argivûm atq; ipsas potuit submergere ponto?*

S. horridiusculum nonnullis videtur: hinc Euripides tur totas odas cecinisse sine sigmate Sed non est, quid suavius fluminum susurris & serpentum sibilis, quorum litera est famula? quid elegantius illo Maronis sigmat de quo Turneb. l. 7. 19. de cornice, & sola in siccâ secu ciatur arenâ. l. 1. georg. v. 389.
T. eandem ferme habet potestatem cum D. V. res obs & occultas juvat. X. & Z. sæpe reiterata asperitate af orationem, Rex Artaxerxes exercitum exercebat.
λ Nimirum ut supra explicavimus.
μ In fine maximè numerus attenditur, ubi spiritus ris acquiescit, & auditorum aures numerorum hauriu cunditatem. Mirum in modum delectatur Tullius, dum in dactylo & bachio terminare, ut esse voluerun disse fateantur. spectare prohibebant. esse videantur. quod ego prætermitto, & facile patior sileri, ne in hac
te

anti facinoris immanitas aut non extitisse, aut non vindi-
esse videatur. Quod quia sequiores declamatores nimis
iliter imitati sunt, ideò in virgulam censoriam F. Quinti-
iinciderunt. Sic autem ille in dial. de orator. n. 66. Va-
orator compositionem, nec omnes clausulas uno & eo-
modo terminet. Nolo irridere *rotam fortunæ & jus Ver-*
*rem*, & illud tertio quoque sensu pro sententiâ positum *esse*
*atur*. Ideò cavimus ne superstitiosè in quadrandâ ora-
e versetur orator; sequatur potius aurium suarum judi-
: curet ne in versum evidentem oratio degeneret, qua-
li sunt, qui Ciceroni eo ipso in loco exciderunt. in quo
itium exagitat l. 3. de orat: ac mihi quidem veteres illi,
squiddam animo

*Complexi, plus multò etiam vidisse videntur,*
*Quam quantum nostrorum ingeniorum acies*

ri potest. vide Voss. l. 4. c. 4. p. m. 495.
principio orationis approbantur dichoreus, creticus,
primus & spondæus. Creticus cum dactylo vel Molosso:
dæus junctus anapæsto & cretico e. g. quanquam mihi
erfrequens conspectus vester &c. etsi vereor judices &c.
sest italia. In medio passim omnes numeri locum ha-
Advertendum hîc insuper illos pedes æstimari opti-
qui è brevibus longisque syllabis temperantur, continu-
giter syllabæ longæ pigram efficiunt orationem, pueri-
eræ breves, quas ait Dionys. σπιδονίζειν τὸν ἦχον evira-
un. ut in Severi poemat. de leporis morte

*perijt at a vipedis animula leporis.*

De periodis insuper hoc notandum est, Tres potissimum
spirationes, minimam, quæ sententiam sustinet & dici-
omma: mediam quæ suspendit & dicitur Colon: ple-
quæ deponit, Punctus. Commate utimur in distinctio-
ocum plurium συναθροισμῷ collectarum, abiit, excessit,
erupit. Vulnera, lana, faber, rus, nemus, arma, ratis. quo
su omnia illiberalium artium objecta continentur 2. in
e brevioris sententiæ, ut nec bona tàm sequitur, quàm
ptima fuit: in tollendâ vocis ambiguitate. Exemplum
c est illa criticorum crux in rescripto Theodosij tit. de

paganis sacrif. & templ. Nullus omninò hominum in n penitus loco simulacris sensu carentibus, vel insontem v mam cædat, vel secretiore piaculo larem igne, mero gen (pro quo omissâ interpunctione nonnulli monstrosè l runt ignem erogenium) penates odore veneratus acce lumina imponat, thura, serta suspendat. II. Colon adh tur cum structura vocum perfectam facit non sententiam adhuc pendentem, veluti cum sententiæ partes sunt duæ, rum utraque suo verbo sustinetur, ut: ante omnia necess seipsum æstimare: quia ferè plus nobis videmur posse, q possumus. Differt à Colo semicolon, quod hoc pende uno solùm verbo, sicut colon à duobus, e, g. Tu, quid di possint, consideras; quid virtus, non item. III. Puncti que usus est in dirimendis sententiis integris, quæ si brev sunt, sequentem literam habent minusculam, si longi majusculam.

θ. Exemplis id jam supra disputavimus.

## CAPUT III.

### De ornatu troporum speciatim.

*Quid est tropus?*

α Tropus est β mutatio significationis γ priæ ac δ nativæ in alienam, in ε voce resolubi locum topicum, ζ ab intellectu η liberè, facta, necessitatis, vel ι perspicuitatis. vel κ hone gratiâ.

α Τρόπος à τρέπειν vertendo, aliàs τροπὴ trope. A Lull l. 4. de orat c. 14. differt à figurâ, quod ille mut cessariò vocis (quasi animam) significationem, hæc g solùm externum & habitum. Vt enim duplex hom mensam situs est, vel naturalis, ut accubitus, Gen. 43. 33. A 2 8. Ezech. 23. 41. vel artificialis, ut sessio, qui situs oli roicus dicebatur: quæ sessio varia esse potest, porrectis ἀνακλίσεως dispositis, coxim. Ita orationis habitus vel nat

quotidianus & in medio positus: vel artificialis, qui à re- simplici, planâ, communi & primùm se offerente ratione venustate quadam & gratià recedit, vide Quintil. l. 9. 1. & on. Lull. de orat. l. 4. 16. e. g. propria locutio est, cum di- us, *Socrates eos existimabat veram vitam agere, qui na- concesserunt*, sed figurata, sine tamen omni tropo, hæc est modos *Socrates putabat vivere eos, qui sunt mortui, mor- esse, qui vivunt.* Diximus verò tropum *necessariò* vocis ficationem immutare. Nam & figurata oratio sæpe tro- est, sed ex accidenti. Opponitur figura tropo non exclu- sed requisitivè; quo pacto nonnulli ad l. 1. περὶ ἑρμ. nt nomen logicum seorsim non significare. II. Alterum imen tropi à figurâ, hoc est, quod ille in unâ solùm esse possit, hæc non sit astricta ad unam vocem, sed reperia- n oratione integra.

Mutatio significationis, non alterativa, quæ priorem am non absorbet sed retinet & aliquid addit, ideô quia νοσοφίσαι nostri τὸ EST poni ajunt pro significat, hoc ip- iunt, ne sit tropus. Quomodo enim tropicè mutabitur ST, si manet implicitè in verbo significat? οὐδὲν γὰρ δια- , ἄνθρωπος ὑγιαίνων ἐστὶ ἢ ἄνθρωπος ὑγιαίνει. l. δ me- c. 7. t. 1. non 2. diminutiva aut remissiva. Nam error uorum est, inquit Scal. l. de C. LL. c. 123. qui dicebant minutivis, sorbillo, conscribillo, mutari significatum. non aphrastica & illustrativa, quâ significatio non mutatur nam, aliàs omnes orationes logicorum exponibiles in cis converterentur, cum exponuntur. Vt planè incon- atè Calvin. l. 4. instit. c. 17. ſ. 20. scribat, *si tropum omnem unt, cur à simplici Christi demonstratione transiliunt s locutiones longè diversas? multum enim differunt n esse corpus, & corpus esse cum pane* Sed 4. quasi ge- va prioris significationis & posterioris corruptiva Sub- im, sicut in naturalibus mutationibus, una materia Vox, tiatur forma significatio. Ex quibus omnibus liquet, ò è tropis ejecisse Vossium l. 4. c. 13. *sarcasmum diasyr- charientismum, asteismum. Item Epitheton, Icona, rasin, antiphrasin, hypallagen, onomatopœian* quia in

hic per se nulla significationis mutatio. Fonseca l. 1. in
log. c. 9. negat omnes tropos mutare significationem, ut c
tineat onomatopœian esse tropum, sed hoc est animal o
dere, ut ἡμερόβια animalcula serventur: evertere naturam
pi ut spuria aliqua tropi species servetur. Neque tamen
que habenda sunt, quæ de falsis illis troporum speciebus
dit l. cit. Vossius. Nec negligenda differentia inter illas
sionis species, sarcasmum, diasyrmũ, asteismum, mycteri
Σαρκασμὸς à σαρκάζειν, quod Scalig. lib. 3. de re poët. c
significat. 1. labiorum cum rictu diductionem canum fa
corum more factam ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι σάρκας ab hiare, qu
rivatione, addit Scalig. nihil sibi visum esse γραμματικ
ῥον, i. e. ineptius. 2. Labiorum commissionem cum m
itidem ex more canum, qui inimicè super osse aliquo
carne mutiunt, hirriunt, erit itaque tum σαρκάζειν quasi
nisecare, & σαρκασμὸς, ut exponit Galenus, illusio, δι
τῶν χειλῶν δήξεως cum labiorum morsu conjuncta, Ger
dicunt, bissig verlachen / 3. Illusionem hostilem
mortuo vel morituro, qualis est illa Matth. 27. alios salv
cit, seipsum facere salvum nequit: idem- si Filius Dei, de
dat nunc de cruce; & altera Turni lib. 12. Aeneid.

*En agros & quam bello Trojane petisti!*
*Hesperiam metire jacens.*

Cum enim σὰρξ caro sive à cadendo sive à carendo de
cadaver & carnem hominis mortui propriè notet, inde d
ctum nomen sarcophagi, seu sepulchri, in quo cadaver co
mitur, seu lapidis ap. Plinium l. 36. c. 17. qui defuncto
corpora spatio brevissimo erodit & absumit cujusmodi s
phago post multos labores contentum fuisse Alexand
Magnum testatur Iuvenalis satyra. 10. Carnificis etiam n
ab hac carnis significatione fluit. Donato enim in Heau
4 sc. 6. Carnifex est, qui carnes ex homine vivente facit
τόχειρες etiam carnifices dicuntur. Carnificis quippe loco
bebatur is, authore Festo, qui se, ut moreretur, vulnera
nisi carnificem à carne & facere, mactare, sacrificare, de
re melius videatur. Ἀστεισμὸς jocus est urbanus minimequ
stilis, atque hoc nomine sarcasmo opponitur, ut, qui Bav

n odit, amet tua carmina Mævi. Item, quis meum gene-
n gladio alligavit?

Διασυρμὸς à διασυρεῖν distrahere, lacerare, obtrectare, ele-
e, itidem est irrisio acerba, & extra cædem aut mortem:
ta potissimum ad aliquam adversarii objectionem, cujus-
di exempla apud Plutarchum in vita Ciceronis reperiun-
pluscula, & in oratione Mur. ubi tractatur locus de jure
li in Sulpitium.

Vltima irridendi species μυκτηρισμὸς est, qui fiebat nasi sus
nsione aut crispatione. Tribus enim illis sannarum specie-
quas annotavit Cornutus in Persij sat. 1. v. 38. *ciconiæ sc*
*nuum, auricularum asininarum* â pollice & duobus di-
is factarum, & linguæ sitientis canis. *narium quoque su-*
*sio* adijcienda est. Lubet ascribere ipsum Persij de sannis
jusmodi carmen.

*O Iane, a tergo quem nulla ciconia pinsit*
*Nec manus auriculas imitata est mobilis albas:*
*Nec lingua, quantum sitiat canis albula, tantum*
*Vos patritius sanguis, quos vivere fas est;*
*Occipiti cæco, postica occurrite sannæ.*

μυκτηρισμὸς autem est, à μυκτὴρ, quæ vox nares significat,
d nasus subdolæ irrisioni dicatus videatur naturæ consul-
Plinio. l. 11, c. 37. Hinc & nasuti dicuntur ejusmodi cavil-
ores.

*sutus sis usq; licet (ait Martialis) sis deniq; nasus.*
*Noluerit quantum ferre rogatus Atlas.*

sionem sui & contemptum ἀντιμυκτηρίσαι Tullio est vi-
im deridere, ac deridendo punire. lib. 15. ep. 10. & 19. Le-
ur vox ista in sacris quoque literis N. T. bis. Lucæ 16. v. 14.
ἐξεμυκτήριζον αὐτὸν, & naso eum suspendebant & Galatarum
v. 7. θεὸς οὐ μυκτηρίζεται Deus non irridetur.

*Propriæ*, id est, rectæ nudæ, indubitabilis, quæ pænè
n rebus ipsis nata l. 3. de Orat. 149. opponitur aliàs pere-
næ, inusitatæ, barbaræ, novatæ, cùm ab Arist. l. de re poet.
3. & 21. tùm à Cicer. l. cit. n. 152. Hic opponitur transla-
& dicitur vox propria, quæ alicui verè, soli, ac primo com-
it.

 Nativa.

δ *Nativa.* Nulla vox Naturaliter significat, dicitur tam nativa ἀναλόγως 1. ratione usus & consuetudinis, quæ est q si altera natura. Naturalis itaque vocis significatio est, q longo usu obtinuit. 2. ratione fundamenti vel causæ, qu ὀνοματοθέτης respexit. Vt ipsum *nominis* nomen hoc se naturale dici potest, quia derivatione ἀπὸ τοῦ νόος νοεῖν ( a Scal. ex. 71. s. 1.) suammet indolem optimè exprimit. ἀναλόγως de rebus artificialibus non raro dicimus das D ist natürlich getroffen.

ε In *Voce resolubili ad aliquem locum topicum*, subject enim tropi non est nisi terminus aliquis, seu, ut Ramæi cant. argumentum aliquod. Quæ res alius est disputatio

ζ *Ab intellectu.* Idem intellectus qui habet jus imp tionis, habet & jus mutationis. Vt impositio est quasi ge ratio vocis, Vsus complementum: Ita vocis mutatio ac quatio est quasi corruptio ejusdem.

η *Libertas* innuitur, non luxuriandi licentia. Eucli calumniâ prosequitur poëtas, quod facile sit esse poëtam, licceat ei syllabas ut lubet producere ac corripere; teste A l. de re poet. c. 22. sed perperam quia ut ille, ita & orator habet leges, quas refert Vernulejus l. 3. de arte dic. c. 11.

θ Tres fines istos copulat Fabius l. 8. c. 6. Tropo uti aut quia necesse est, aut quia significantius, aut quia dece us. Causa igitur finalis prima est I *Necessitas* quæ (sicut stis frigoris depellendi causa primò reperta est, post adhi cœpta est ad ornatum corporis & dignitatem, Cil l. 3. de n. 155.) ex inopiâ verborum, de qua Aristoteles conque l. 1. soph. Elen. hæc impulit homines ad mutabiles istas quendi formas. Hac necessitate coacti etiam rustici dic gemmare vites, luxuriam esse in herbis, sitire segetes, Qu l. cit. Item pedem in navi, nexum (qua de voce sis Turneb l. 20. c. 19. Varronem l. 6. de LL. Auson. Pomp. l. 3. de bor. diff.) quod per libram agitur, divortium in uxore I l. cit. n. 159. Quid enim dicerent aliud? inquit Quintil. *Perspicuitas* quomodo inquis, perspicuitas, cum tamen pus quædam quasi ambiguitatis & obscuritatis latebra es deatur? Hinc l. 6. Top. c. 2. Aristoteles prohibet metapho

in

definitione uti quòd πᾶν ἀσαφὲς τὸ κατὰ μεταφορὰν λεγό-
ον? Verum nos distinguimus inter duplicem obscurita-
n, intellectus & sensus. Aliquid κατὰ νόησιν obscurum esse
est, quod κατ' αἴσθησιν clarum sit, & contra: ut indi-
Augustinus Patrum Deus l. de princip. dial. c. 8. Intelle-
i informando clariora sunt nomina propria, quia hæc di-
t non cui res similis sit, sed quid sit? Ideo etiam Logicus
dere debet in definitionibus, quæ intellectui informando
iunt, vocabulis maximè propriis, nec permittere tropum,
vacantem inveniat locum, ut loquitur, Fabius l. supra cit.
sui verò clariora sunt ea, quæ per picturas quaspiam & i-
gines repræsentantur. Cum enim nihil sit in intellectu,
n prius fuerit in sensu, certe hic ejusmodi imaginibus ini-
erit occupandus, maximè cum tota nostra intellectio vix
d sit, quàm mera imaginatio? nec possit quispiam Ange-
n cognoscere nisi sub specie alati juvenis vel corporeâ aliâ.
n verò tropi præsertim Methaphoræ, similitudinibus qui-
dam phantasiam imbuunt, quin & synecdoche (afferam
ultis exemplis unum) mirifice illustrat: Nam licet no-
n sit, quid sit vesci, quia tamen in mordendo est quidam
tus, quem oculis magis cernimus, hinc dixit ille

—— —— *sordes farris mordere canini.*

ilosophus igitur cum doctis agens perspicue loqui debet.
ator potest, imò debet & tropicè loqui, quia cum populo
uendum est, ad sensum alligato: quo cosilio ille doctissi-
labii Doctor Servator, parabolicum dicendi genus præ
quis sibi elegisse videtur. Loco Aristotelis supra citato op-
imus alium, qui extat l. 3. Rhet. c. 2. τὸ σαφὲς cum ait,
ὸ ἡδὺ, καὶ τὸ ξενικὸν ἔχει μάλιστα ἡ μεταφορά. III. *Decentia*
e duas comprehendit species, *mundum & Verecundiam*,
delectat, hæc coercet, Prius patet quia & ingenii specimen
transilire ante pedes posita, & is qui audit, aliò ducitur
gitatione, neque tamen aberrat. quæ est maxima delecta-
Tull. l. 3. de Orat. n. 160. Quia deinde hoc ornatu quo-
iani, ac eodem semper modo formati sermonis fastidium
atur. Vernul. l. 3. c. 6. II. *Verecundia*, quæ nomina ob-
ena permutat tropicis (Germani dicunt mit verblüm-
ter

ter Reden) tam etsi aliquando tropus simplici verbo sit scomior.

### *Quotuplex est tropus?*

Duplex vel simplex est, vel per aggregation compositus: species tropi simplicis tantum a su quatuor,

*Omnis enim tropus fundatur vel in*
- *disiunctis*
  - *similibus, ut metaph*
  - *contrarijs, ut Ironia*
- *conjunctis*
  - *extrinsecè, ut metony*
  - *intrinsecè & essenti ter, ut synechdoche*

### *Compositi tropi species est allegoria.*

a Ad hos enim quatuor omnes alii, quos Rhetores ex gitarunt, referri facilimè possunt, seu ut species seu ut affe nes. Metalepsis revera species est metonymiæ. Catechre & hyperbole, affectiones troporum sunt generales. Catach sis quidem quia tropo addit duritiem. est namque syne doche καταχρηστικὴ, cum obvij quique, Domini, apud Sen ep. 3. cum vetulæ junge Frawen/ in Saxoniâ appellantur in Eclog. 6. Passiphae virgo, trium jam, ut monet Servius, berorum mater. Contra Catachresis Metaphorica, est cu saliva quæ à jejuno stomacho manavit, saliva virgo nomi tur, cum Maro classem ædificàre dixit. Et Ovid. l. 1. trist. ele 3. *aurigam* video vela dedisse *rati*. Est Metonymica c tachresis, cum servi jam senes pueri dicti fuerunt, quod ge nominis intercidisse scribit Fab. ut à domino dicerentur M cipores Luciporésve, id est Marci pueri, Lucij pueri. In S pturis S. sæpe legas Viros vocari pueros *Gen.* 14. 24. Ex 33. pluries apud auctores profanos pascite, ut ante, boves, pue

subm

mittite tauros. Ecclog. 1. *ne pueri ne tanta animis asue- te bella* Ecclog. 6. *Et tibi sancte puer memorabitur* — Culic. v. 36. Hyperbole itidem est tropi accidens, sive ut etores loquuntur, est quædam tropi audacia, eaque vel *αὐξητικὴ* augens, ut Maro de navibus Cleopatræ — credas inna- revulsas cycladas: vel *μειωτικὴ* minuens, ut Iuven. sat. 6. virgine exiguâ

— — *breviorq; videtur.*

*rgine pygmæâ nullis adjuta cothurnis.*

Est namque hyperbole methaphorica, cum Euripides A- llem vocat ob celeritatem *ἰσάνεμον*. Synecdochica, cum sa- rimus appellatur quivis improbus; ironica si cæcum Argo ulatiorem dicas.

## *Quid est metaphora?*

Metaphora est tropus mutans significatio- m propriam in alienam ob β rerum γ similitudi- m

Metaphora seu translatio ab Aristotele latius fuit exten- d omnem locutionem inflexam: post Rhetores cum sin- as tropi species minutius conciderunt, nomina quoque uratius distinxerunt. Sic autem Arist l. de repoet. c. 21. ... φορὰ ἐστιν ὀνόματ☉ ἀλλοτρίου ἐπιφορὰ, ἢ ἀπὸ γένους ἐπὶ ☉: ἢ ἀπὸ εἴδους ἐπὶ γέν☉: ἢ ἀπὸ εἴδους ἐπὶ εἶδ☉: ἢ κατὰ τὸ ... λογον.

Rerum non vocum hîc similitudo attenditur. Nam qui amante amentem (verba sunt Anton. Lullij l. 4. de orat. ...) pro oratore aratorem dicit, transfert quidem voces, asionem nactus ex similitudine: sed hæc ad parechesin ius pertinent. Rerum autem 1. *Divinarum*, ut cum *ostre-* dicitur *ὀστραφροδίτης*, & scintillæ è ligno ardenti prosilien- *Vulcani canes*, &

*Terrarum* Dea *gentiumq;* Roma, *Martial.*

*elestium*. Cum Ic. Livius *de gratiâ* dicit, Quò cecidisti terrarum, *Sol* atque sal gentium 3. *elementarium*, cum neum incendium â poetis vocatur *ποταμὸς πυρὸς* 4. *meteo-*

 *ricarum*

*ricarum*, ut nubecula frontis pro tristitiâ. 5. *mixtarum* λίθος pro stupido, in illo Aristophanæo, λίθοι, ἀριθμοί, πρό-βα. 6. *vegetabilium*, ut apud Homer. σπέρμα πυρὸς de i-cineribus obruto: contra ἄνθος πυρὸς de igne vivo 7. *ani-lium irrationalium*, ut Cor maris ψ. 46. 2. pro medio- cisa res apud Plaut. negotium interfectum l. 2. C. Theo- pro perdito: vomicæ & carcinomata pro degeneribus: C- Rhetoricus, pro Rabulâ, qui, ut loqui amat Lucill. è ro- rudit atque heulitat. 8. *hominum*, ut ἱερεὺς θανόντων pro m- te. Vmbilicus pro medio orbis 9. *arte factorum*, cum f- cet Appionem Tiberius appellavit mundi cymbalum: - Helvius pertinax fortunæ pila; Longinus Rhetor Mus- ambulans dictus fuit.

γ Similitudinem sive analogiam proportionis: non i- ginem. Differunt enim Icon & metaphora, ut figura & - pus: Imago est similitudo evoluta, cum applicatione ex- sâ. Translatio est similitudo involuta & implicita. Illa ( - ba sunt Fabii l. 8. c. 6.) comparatur rei, quam volumus - primere, hæc pro ipsâ re dicitur, e. g. cum Homerus de A- le dixit, Vt Leo irruebat, Icon est: cum de eodem diceret - irruebat, translatio est. Icon est in illo Platonis, Cupidi- gloriæ ceu tunicam ultimam, anima solet deponere: tra- tio est, cum Tacitus scribit l. 4. hist. etiam sapientibus cu- gloriæ novissima exuitur.

## *Quotuplex est metaphora?*

α Duplex β Reciproca & γ non reciproca.

α Ita Erasmus dispescit l. 1. de cop. verb. c. 17. in ἀ- -θον reeciprocam & ἀνακόλουθον non reciprocam.

β Reciproca cum translationes inter se permutantur, e. g. Virg. de mari loquens l. 1. Aen. scribit

—— *Campos salis ære ruebant*, id est arabant quasi *mare navibus rostratis. Vide Turneb. l.* 12. *adv. c.* 12.

Et idem l. 1. georg.

*at prius ignotum ferro proscindimus* æquor

Sicut enim campus mari tribuitur, ita æquor terræ & vic-

Sic poetæ frequenter stellas & flores permutant, Manili- [s]tellas flores appellat l. 5. contra Silius l. 11. florentes cam- [s]tellantes dicit. Non reciproca metaphora, cum Home- inferiorem montis Idæ partem vocat πόδα: ubi nemo est vicissim ausit pedem animalis ὑπώρειαν, seu radicem [mo]ntis vocare.

*Quid est Ironia?*

Ironia est tropus mutans significationem [pro]priam in alienam, fundatus in rerum β oppo[siti]one.

Ironia εἴρειν, dicere, verba dare, quia illusio verbalis, di- & ὑπόκρισις ab ὑποκρίνεσθαι comparari, vel potius dimi- vè supparari. Ironia vel est Ethica, vel Rhetorica. In illâ [cont]rarium est sed non intelligitur, id ipsum verò intelligitur [quo]d gestu habitu & oratione significatur. In hâc contrarium [es]t & intelligitur, Illa ab Arist. l. 4. Eth. c. 8. de mendacio [...]λωτικῶς usurpatur. & à Cicerone l. 4. epist. fam. ep. 4. [...]ευεσθαι enim non necesse est. Item nec hoc εἰρωνευόμενος.

Oppositione 1. contradictoriâ. cum, ut habet Vossius, [qui]m nobis in omnibus, superbè tamen eminentiam præ [...]is affectantem ita alloquimur: *scilicet, tu genere, erudi[tion]e, honore, divitijs nobis es superior.* Non volumus innue[re c]ontrarium, quod sit nobis inferior; sed contradictorium. [quo]d non sit superior. 2. contrariâ, cum Athenæus Platonem [...]φώνως de Socrate scribentem vocat τῇ μνημοσύνῃ φίλον, [...]cum memoriæ, intellige, oblivionis.

[O] *sanctas* gentes quibus hæc nascuntur in hortis numina,

[r]elativâ. Ecce Rex vester Ioh 18 14. id est, subditus. [p]rivativa cum de homine lusco affirmares, eum cernere acutum

*quam aut aquila aut serpens Epidaurius* —

*Quotuplex est Ironia?*

[D]uplex α vel illusoria, vel β seria εὐφημισμῷ gra- [u]surpata

α Illu

α Illusoria, ut Ptolemæus octavus λάγγον@ Ptolemæi gi, habuit, ut loquitur Pausan. in att. φιλομήτορ@ ἐπίκλ ἐπὶ χλευασμῷ, ὃ γὰρ ἴνα τῶν βασιλέων μισηθέντα ἴσμεν, ἐς τὸν δεῦπο τῇ μητρός.

β Seria, aliàs dicitur εὐφημισμός, cum invidiam evita rei duritiem contrario nomine mitigamus: cum e.g. Po ob accolarum sævitiam ἄξειν@, dicitur εὔξειν@, hinc N dum me

*Euxinus falsa nomine dictus habet.*

## *Quid est Metonymia?*

α **Metonymia est tropus, mutans significat nem propriam in alienam, fundatus in β extrin ca rerum connexione.**

α Metonymia, aliàs Hypallage Cic. l. 3. de orat. n. Fab. l. 8. c. 6. transnominatio, vel ut alij melius, transnom ut ἀντωνυμία pronomen. Non opponitur hîc nomen ve quia & in verbis metonymia esse potest, ut expalluit p muit, sed τῷ πράγματι rei.

β In extrinsecâ connexione. qualis est 1. α inter an dens & consequens 2. β inter causam externam, efficien γ ac finalem, δ & effectum ε inter subjectum & ζ adjunct Non ad metonymiam sed synecdochen pertinet 1. positio teriæ pro materiato, vel formæ pro formato e. g. anima homine, siquidem

*Omne totum (Compositum) pertinet ad sy dochen*

*Omne materiatum, formatum est totum (co situm, Ergo*

Et μόριον ἡ ὕλη τοῦ ὅλου l. 3 phys. c. 7. t. 66. l. δ. metaph. c. 2. positio abstracti pro concreto e. g. cum Terent. act. 3. A scen 5. scelus pro scelesto ponit Ubi illic scelus est, qui me didit? Adjunctum, ajunt nonnulli poni pro subjecto. S los è suâ cathedra ἡ κυρία κὴ μήτηρ scientiarum, methaph damnat hoc argumento

*Nullum adjunctum est de essentiâ subjecti.*
*Scelus est de essentiâ scelesti.* Da *enim scelestum sine scelere, & vince.* E.
*Scelus non est adjunctum scelesti. sed forma.*

Per antecedens intelligitur quicquid quovis modo anedit, non tamen ut causa. Cum igitur aurora pro die poni, metonymia est antecedentis: Et contra cum dies pro aurâ, consequentis. Sic consequentis metonymia est, cum caies pro senectute ponitur in illo Horat. l. 1. od. 9. donec nenti canities abest morosa. Item nec habebat Pelion ums, id est arbores Ovid. l. 22. metam.

Causæ efficientis 1. per se, ut cum e. g. Sp. S. ponitur donis spiritualibus, David pro Christo, scriptor pro scri: ut

*pellibus exiguis arctatur* Livius *ingens*
rtial. l. 14. ep. 190.
*quem mea non totum bibliotheca capit*
pro die,
*Cantando puerum memini me condere soles.*

Instrumentalis pro opere producto, ut labium, lingua, os sermone in S. literis aliquoties, gladius pro bello, manus re effectâ, ut

*aut certè tabula capient mea lumina picta,*
*sive ebore exacta, seu magis ære* manus. *l. 3. eleg. 20.*

principii Quo pro effectu. Tale est e. g. Calor, quo ignis facit: affectus in homine per quem effectus producitur: io itidem. Metonymiæ igitur sunt labor pro re per labo partâ Ezech. 23. 29. Misericordia pro re per misericordi factâ Gen. 20. 13. huc pertinent omnia verba sensuum pro ctu suo posita, ut ignorare Ex. 1. 8. cognoscere pro συνεσία.

Effectus pro causâ. ut cum Christus vita æterna appelr, quia αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου Heb. 5. 9.

Metonymian finis plerique Rhetores suo damnasse sitio videntur. Extant tamen exempla, tùm 1. positi finis finito, ut, absit me bibere sanguinem virorum istorum, id aquam propter quam sanguinem illi suum effundere parati

rati fuerunt 2. Sam. 13. 17. Item si meus esses, exemplum
mnibus curarem ut esses. Terent. adelph. act. 5. sc. 1. id
ita te tractarem, ut alii tuo exemplo docti saperent. hujus
neris etiam illa est metonymia cum S. Cœna Eucharistia
catur, Et hoc se tropo tueri quadantenus Ramæi possunt
aliquam suæ logicæ partem judicium appellant. Tum 2
niti, seu destinati ad finem, pro ipsâ causâ finali, ut ecce i
tibi operimentum oculorum Gen. 20. id est Abraham is c
quem Sara velari debebat in signum subjectionis.

ε Subjecti 1. recipientis pro adjuncto inhærenti, ut je
( quod Platoni cupiditatis sedes est ) pro ipsâ cupiditate,
lo Paccuvij

*Nam istis, qui linguas avium intelligunt,*
*Plusq; ex alieno* jecore *sapiunt, quam suo,*
*Magis audiendum quam auscultandum censeo.*

Sic oculum pro libidine poni nonnulli contendunt Ma
5 28.

2. Recipientis ad se, pro adjuncto adhærenti, ut proximu
det Vcalegon, id est, domus Vcalegontis. Scipio African
levit, pro exercitu Scipionis 3. occupantis pro occupan
Onus pro prophetiâ de onere Esa. 21. 1.

ζ Adjuncti 1. inhærentis pro subjecto recipiente, ut
impleta est violentiâ, id est hominibus violentis Gen. 6. 1
adhærentis; 1. continentis pro contento, ut l. 1. georg.

*Poculaq; inventis Acheloia miscuit uvis*

Pocula, id est aquam in poculis contentam.
Sic Horat. l. 1. ep. 1. Ianum ponit pro mercatoribus, coll
stis & Trapezitis ad Ianum sedentibus

*Hæc Ianus summus ab imo perdocet.*

2. loci pro locato, ut cœlo gratissimus amnis, id est cœliti
3. signi pro re signatâ, ut sedere in terrâ, id est lugere Esa. 3
hinc Sanctius in Esa. p 53. auctor est in argenteo quodã n
mo Vespasiani Iudeam habitu muliebri pictam sedisse ad
mæ radices, cum hac inscriptione. IVDAEA CAP
sic nomen pro re poni in omnibus linguis usitatissimum
in hebræâ Esa. 7. 14. in græcâ θηβαῖον ὄνομα, id est, Theb
populus, apud Aeschyn. ὄχλος ὀνομάτων Act. 1. 15. in la
&

elix nomen agelli, id est, felix agellus 4. Temporis pro re est in tempore, ut — parit omnia secla ferarum, id est omnium ætatum feras. Lucret. l. 5. lanigeræque simul pecu- & bucera secla, id est, boves, bucera quibus sunt ingentia ura; nam Bu intendit significationem. Hinc Bucephalus us fuit non à capitis bovinâ formâ, sed magnitudine. III. ncti occupati. pro subjecto occupante, ut spei pro re spe- Tit. 2. 13. oculus Mannæ ועינו pro colore Num. 11. 7. untas pro objecto voluntatis Matth. 6. 10.

## *Quid est synecdoche?*

Synecdoche est tropus ponens β totum pro te, & contra γ partem pro toto.

Synecdochen Fabius reddit l. 8. c. 6. Intellectionem. ue vel grammatica, vel Rhetorica, illa ablativum partis djuncti mutat in accusativum, ut

*luribus ille notis* variatam *pingitur* alvum. *Lucan.*

Totum latissimè sumtum, Ita ut ἀντονομασίαν & κοινό- etiam complectatur, quam à synecdoche qui discerpunt otiosè discerpunt. Est igitur synecdoche I. generis pro e & speciei pro individuo, cum Thamar Ammoni dicit ceris stultitiam hanc 2. Sam. 13. 14. id est libidinem vene-. Sic & Aristoph. ἀπέχει καὶ γυμνασίων καὶ τῶν ἀνοήτων. & t. in Bacchid. Egomet apud me si quid *stulte* facere cupi- rohibeam. Sic Catil. 1. Exire ex urbe Consul hostem ju- id est, Exire è Româ Cicero Catilinam jubet, II. totius ralis pro aliquo sui membro, ut Matth. 12. 40. triduum arte aliquâ primi & tertii diei. Huc pertinet illa synec- ica hyperbole apud Virg. ecl. 2.

*Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.*

numeri pluralis pro singulari. 1. in ostendendâ gravitate. populo imposuimus, inquit Cicero, & oratores visi su- 2. in significandâ modestiâ. Sæpe enim de seipso qui lo- ur, alibi, inquit, hoc docuimus, ne videretur solus vel ita sse, vel primus docuisse. 3. in quavis sermonis communi-

catione,

catione, de quâ ex Hermogene, vide Voss. l 4. c. 10. p, m. 6
VI. vocis communis & appellativi pro nomine proprio sanctus pro Christo. ψ. 16. 10. πρυτανεῖον id est πυρὸς ταμ templum Vestæ, pro Prytanæo Atheniensi. vide Casaub. l animadv. in Athen. c. 19.

γ Synecdoche partis 1. speciei pro genere, vel individui specie. ut Flagitium (quod propriè libidinem notat, maxi apud Gell. l. 7. c. 11.) pro quovis probro ac dedecore. Te pro omni loco amœno. Talem continuatam synecdoch observavit Talæus l. 1. Rhet. c. 10. in Iuven. sat. 2.

*Vltra* Sauromatas *fugere hinc licet* & glacialem
Oceanum, *quoties aliquid de moribus audent*
*Qui* curios *simulant*, & Bacchanalia *vivunt*

Sic Sardinia pro omni loco pestilenti ac insalubri, in illo T lij l. 2. ad Q. F. ep. 3. cura ut valeas, & quanquam est hye tamen Sardiniam istam esse cogites: & altero Martial. l epigr. 60.

*Nullo fata loco possis excludere: cum mors*
*Venerit in medio Tibure* Sardinia *est*.

Sardiniam Sueton. c. 36. in Tiber. provinciam gravioris li nominat: adde historiam de Iudæis illuc abvectis apud cit. l. 2. annal. sub fin. & comm. Mart. Ramirez de Prad l. cit.
II. Partis essentialis pro toto essentiali, ut Ionas petivit mæ suæ (immortali) ut moreretur Ion. 4. 8. Confer Lu 19. Advertendum hîc, non dari synecdochen totius essent pro parte essentiali, quia 1. passiones toti composito (su fito) per se tribuuntur, Ergò non impropriè e.g. Socrates neratur scilicet pede, est prædicatio propria, quia 2. ex per aliam propriam, nisi ineptè non potest. Exponatur ista, Socrates vulneratur pede, ut in vicem subjecti *quod* locetur subjectum *quo*, hîc prodibit sensus: pes vulne pede. ineptè. In exemplum contrarium adducit Vossius 20. 13. sustulerunt Dominum meum. Cæterùm cur syn chen hic fingamus causa nulla est. III. partis integralis toto integrali, ut Vmbo (pars togæ, quæ ob rugas concu tes protuberabat, umbonis seu clypei in speciem) pro to gâ apud Persium sat. 5.

*——totaq; impune Suburr...*
*Permisit sparsisse oculos jam candidus* Vmbo.

Numeri singularis pro plurali, aut minoris ac rotundi majori. Hinc mos est scripturæ, ait R. Kimhi in lib. radd. enarium numerum pro multis usurpare, eo quod omnes seculi in hebdomadas distribuuntur. Aliam rationem it B. August. l. 11. de C. D. c. 31. Aliam B. Luth in præ Proph. Amos. V. Vocis propriæ pro communi, ut Tana pro omni Vxore Mariti - Magistrâ

*—— Tanaquil tua nesciat illud.*

ænas pro omni patrono doctorum. Pelopidæ pro Tyran- Cic. l. 7. epist. fam. ep. 28. Roscius pro omni artifice ex- nti. Cic. l. 1. de Orat. n. 130.

## *Quid est Allegoria?*

llegoria est continuatio troporum, orta ex re- secundum literam falsò connexarum quali- que affinitate manifestâ, sed nondum evolutâ, plicatione allegoriæ, ut & ænigmatis, quod non rarò ni- aliud nisi allegoria obscurior, fusiorē vide-sis in ide- pr. sect. 2. art. 4. §. 14. & seqq. usque ad §. 18. non lubet bis dicere.

## *Enumera de Tropis Canones?*

α Tropi in oratione rari sint, & clari β 2. d tropicè tale est, verè non est tale 3. γ Tropus est nisi in unâ voce δ 4. non potest una vox si- propriè & tropicè accipi in eadem sententiâ. Nam hîc quoque verum est, ne quid nimis. Vincat O- verborum exornationes rerum pondere, aut saltem adæ- Perpetua vocum inflexio affectatæ artis, quæsiti non ici suspicionem auditori ingerit. Clari autem ac evi- s, quâ in re metaphora reliquis tropis antistat, utpote in udine, quâ nihil ad docendum evidentius, fundata. endus igitur tropus è rebus sensui nostro notioribus,

hinc Cicero mavult dicere voraginem, quàm charyb
bonorum, quia voraginem omnes sensu usurparunt, cha
dim rari.

β Hinc tropus omnis secundum literam falsus est. 
næus l. 1. log. p. 49. definit tropicam orationem, quod
tentiam veram non habeat citra figuram. gravissimè i
hallucinatur Photini proles, quando satisfactionem C
pro nobis impropriam, & tamen veram esse contendit, e
surdâ regulâ, quam commentus est Schmalz. in exam
error. contra Smiglec. p. 26. error. 51. p. 47. quâ de re T
logia.

γ Tropi namque subjectum est terminus resolubi
aliquem locum topicum: is verò Vnus est. Allegoria
est compositio, non tropus. Vt enim aliud est BA à B
l. 7. Metaph. cap. 17, Ita aliud est tropus orationis. aliu
pus partium orationis. aliquot exempla excogitavit no
mo, in quibus existimat tropum esse in integrâ oratio
illotis manibus aliquid aggredi, qui excolatis culices
glutitis camelos. Huc pertinent ista, villarum culmi
mant, id est, nox imminet. Et cui per mediam nolis oc
re noctem, id est Aethyops. Sed ἄρξηθι ἀμείνω! Nam i
mo exemplo multi tropi sunt, non Vnus: illotis pro im
tis, metaphora: manibus pro audaciâ, metonymia: ag
pro tangere, catachresis. Sic in altero, excolatis pro vi
metaphora: culex pro præcepto exiguo, Camelus pro m
est synecdochica metaphora Ita villarum culmina prop
habent sensum, fumant, id est, nocte teguntur, meto
est Vltimum exemplum metaperiphrasis est rei malio

δ Excipienda figura, quam σύλληψιν vocant, in qu
tingit, vocem unam propriè & tropicè accipi. e. g. Ve
res quàm rota figularis. Plaut. versutus propriè de rot
propriè de Epidico servo dicitur. Geminum est, quod
tur in Roscianâ Ciceronis, eosdem esse *sectores* collo
bonorum.

C

# CAPUT. IV.

## De ornatu figurarum speciatim, in compendium redacto è magno penore Gerh. Vossij libri V. Instit. Orator.

*Quid est figura?*

a Figura est orationis forma, quâ illa alio mo-
quàm propriæ significationis in aliam com-
tatione, à simplici usu in elegantiorem trans-
ur.

Figura Sueton. notat obliquam repræhensionem, ob-
nte Gifanio, in Vesp. amicorum libertatem, causidico-
figuras, philosophorum contumaciam levissimè tulit.
uraliàs schema, habitus orationis. Quantùm enim à
ceâ Adami tunicâ differt purpura auro distincta, tantùm
lex & communis dicendi ratio discrepat à figuratâ.

*Quotuplex est figura oratoria?*

Duplex alia dictionis, alia sententiæ.
rumque divisim minutiùs exhibet sequens tabella.

☞ *Vide Tabell. sequentem*

*Illustra breviter singulas figuras in tabella adumbratas?*

ἀσύνδετον conjunctionem omittit, ut in hoc
atis, Veni, vidi, vici.

*Ἀντανάκλασις aliàs διλογία & πλοκὴ vocem eandem
t, sed non eodem sensu, ut*
rva leæna lupum *sequitur,* (sc. ex odio) lupus ipse ca-
n;

Florentem cithysum *sequitur* ( sc. ex amore ) lasciva pella

Huc pertinet dicterium in Neronem,

*Quis neget Aeneæ natum de stirpe Neronem.*
Sustulit *hic matrem*, sustulit *ille patrem*

Sic: Memmius ad illum ipsum diem erat Memmius. Q scriptum est, scriptum est.

3. ἀναφορὰ *eandem vocem in principijs sententiarum r tit.*

Siccine *me patrijs abductam perfide ab oris,*
Siccine *discedens neglecto numine Divum &c.*

4. ἐπιφορὰ *eandem vocem in fine repetit.* Hebræi sunt, *& ego*: Israelitæ sunt. *sum ego*. Semen Abrahæ sunt, *sum ego*. Cor. 11. 22.

5. συμπλοκὴ eandem vocem utrobique repetit.
*Quis* legem tulit? *Rullus*. *Quis* majorem populi par suffragiis privavit? *Rullus*. *Quis* comitiis præfuit? *Ru* Cic. pro leg. agrar.

6. ἐπανάληψις *sive* ἐπαναδίπλωσις, *eandem vocem in in præcedentis & fine sequentis repetit*, ut, *ambo* florentes tibus, Arcades *ambo*

7. ἐπάνοδος per eadem vicissim recurrit, sed ordine in so ut

Nec *sine sole suo lux*, nec *sine luce suâ sol*.
*Infelix Dido nulli bene nupta marito.*
hoc *pereunte fugis*, hoc *fugiente peris*.

Sic

*Gloria cur similis Crocodilo dicitur? illam*
si *fugis insequitur*: si *petis illa fugit*.

ὁ πλάτων φιλονίζει, ἢ φίλων πλατονίζει.

8. Κλῖμαξ *eodem connectit inferiora superioribus*, ut Materiâ subtilior aer, aere anima, animâ mens, mente D Quos præscivit, hos prædestinavit, quos prædestinavit, hos cavit &c. Sic Basil. de synodis & antisynod. post synod. cæn. Annuas atque menstruas de Deo fides decernimus cretis pœnitemus, pœnitentes defendimus, defensas ana matizamus.

Μεξαγωγὴ *alias πολύπτωτον vocem eandem variatis ca-* *srepetit.* Vt inter cyclopes ἐδεὶς ἐδενὸς ἀκύει.

ἀναδίπλωσις *continuè vel potius contiguè eandem vocem* *tit in diversis colis* ut — addit se sociam timidisque su- venit *Aegle,*

*Aegle* Najadum pulcherrima — Ecl. 6.

ἐπίζευξις *idem facit, sed intra idem colon, ut me, me* m, qui feci, in me convertite ferrum.

Ταυτότης *totam sententiam eandem venustè repetit,* si, nisi quæ facie poterit te digna videri,

*nullâ futura tua est, nulla futura tua est,*

Παρηγμένον, *voces primitivas & derivativas eleganter* *ungit,*

*Tu quoque Pieridum studio studiose teneris,*

*Ingenioq; faves ingeniose meo. Ovid,*

Παρονομασία *sonum similem, nonnihil tamen muta-* *reclamat,* mutatum autem vel 1. adjectione ut ἀπορέ- ἀλλ' ἐκ ἐξαπορέμενοι. 2. Cor. 4. ὥρα & χώρα: qui trans- currunt, mutant τόπον ἐ τρόπον 2. detractione, ut magis *um* tuum quàm *lectum* metuo. Plaut. 3. transpositione . Rhet. Arist. ἀγρὸν γὰρ ἔλαβεν ἀργόν Huc pertinent eneres, *conjecturam* adhibet non *naturam*. Et *venus* *nis, ignis in igne* furit Ovid. *sit divus dummodo non sit* Caracalla de fratre Getâ à se perempto. qui non modo ed ne *spem* quidem cuiquam reliqui faciunt: nescio his me *lædat* an *laudet*? Civis bonarum *artium*, bona- *rtium*: ne patres *conscripti* videantur *circumscripti*: rit hæc nostra laurus non solum in *oculos* sed & *voculas* olorum, quos *fames* magis quàm *fama* commovet. ibus eum non tàm *ornavit*, quàm *oneravit*.

Συνωνυμία *voces singulas, Periphrasis totam orationem* *exponit aliis.* neque n. tàm inops est eloquentia, ut unâ on nisi semel bene dici possit. Fab. hinc Tullius cum o certasse fertur, utrum hic gestibus, an ipse Oratione nam multifariam signare potuerit? Sic τὸ MORI illu- ur à Cicerone his periphrasibus mortem vitâ commu- 4. ep. fam. 5. in æternam domum discedere l. 2. ad

Brut. ep. 10. solvi corporis compagibus l. de senect. n. 7
corporis vinculis relaxari ib. n. 81. ex vitâ tanquam hospi
emigrare ib. n. 84. fatis concedere l. de consol. morte jani
re ac duce ad æterna properare. ib. è vitâ tanquàm è thea
exire l. 1. de fin. n. 49. extremum vitæ diem morte confic
l. 3. fin. n. 76, velis passis nullis reflantibus ventis provehi
vitam meliorem. l. 1. Tusc. qq. n. 118.

16. *ἀντίθεσις res contrarias invicem opponit*, ut Senec. c
sol. ad polyb. omnium somnos illius vigilantia defendit
mnium ocium illius labor; omnium delicias illius indust
omnium vacationem illius occupatio.

17. *ἀντιμετάθεσις sensum sensui, cum verborum transpositione opponit*, ut cum Simonides apud Plutarch. picturam
cet tacitam poesin, & poesin loquentem picturam.

18. *ὀξύμωρον (sive acutifatuum fronte scilicet fatuum, dâ acutum) idem de se ipso venuste negat*, ut cum Scip. A
can. dicere solitus, nunquam se minus otiosum esse, q
cum otiosus: nec minus solum, quàm cum solus. Di
concordia fœtibus apta. Nusquam est qui ubique est.
Epiphan. Iosephum vocat *ἄνανδρον ἄνδρα τῆς μαρίας.*

19. *Ἰσόκωλον est epanodus inter æqualia cola.*

*O Iove digna viro; ni Iove nata fores,*
*Semibovemq; virum, semivirumq; bovem.*

20. *ἓν διὰ δυοῖν voces conjungendas per conjunctiones s rat.* cum canerem reges & prælia. Pateris libamus & au
est pateris auratis.

21. *Τμῆσις vocem unam secat in duas, per interjectio tertia*, ut *Matriq; cida* Nero, proprii vim pertulit ensis.
son.

Villâ *lucani* mox potieris *aco*, id est lucaniaco. Auson. Q
multùm *vani* res ea *tatis* habet. Hic *prisci* contumu
*anus.*

22. *ὑφ' ἓν voces duas in unam compingit. ut* neque
ignari sumus *ante-malorum* id est præteritorum. ecl. 1

23. *ὁμοιόπτωτον partes orationis, iisdem accidentibus g matice terminat*, ut tandem aliquando L. Catilinam *f tem* audaciâ, scelus *anhelantem*, pestem patriæ nefariè
e

m, nobis atque huic urbi ferrum flammamque *mini-*
*tem* ex urbe ejecimus.

ὁμοιτέλευτον, *partes orationis tanquam in rythmo ter-*
*at*

*Hac omnia vidi inflammari,*
*Priamo vi vitam evitari,* Enn.
*Iovis aram sanguine turpari*
*Hectoris natum de muro jactari*

Παρήχησις *unam pluresve syllabas dictionis anteceden-*
*ntinue, aut exiguo post intervallo, repetit in alia voce,*
*fortunatam natam* me consule Romam. *cacâ caligine*

ὑπέρβατον, *post dictionum plurium tractum verbum ad*
*mus transfert*, l. 12. Aen. cum sententiam ita incho-
Poeta, *Interea Reges.* totos septem versus interserit, pri-
am subjungat illa, *procedunt castris*

Παρεμβολή, *mediam orationem, causa interpositione*
,nt

ās ( neque enim patrius consistere mentem passus a-
,) rapidum ad naves præmittit Achatem,

Παρένθεσις *orationem secat interpositione rei à materiâ*
*osita aliena*

*Namq; (fatebor enim) dum me Galathea tenebat.*

Ζεῦγμα *reddit & quasi assumit propositam orationem,*

*Illa meos casus aggravat, illa levat:* Ovid.
*ggravat hoc quod abest; levat hoc quod præstat amo-*
*rem.*

Αὔξησις *gradibus quibusdam verborum ad summum &*
*summum ascendit*, ut facinus est vincire civem Rom.
s verberare: parricidium necare: Quid dicam in crucem
re?

Παρέκβασις *est orationis quadam digressio.* Sed ut à
causâ jam recedam, reliquas illius anni pestes recorda-
: sic enim facillimè perspicietis, quantam vim omnium
ediorum à Magistratibus proximis Resp. desideravit. Cic.
Sext.

Μετάβασις *est transitio orationis, quâ breviter mone-*

*mus quid dictum sit & quid restet.* ut Venio nunc eò, q
me non cupiditas ducit, sed fides. pro Rosc. Quantam p
tem habuerit videtis; quas res gesserit, cognoscite. l.
Verr, vide digrediendi & transeundi formulas elegantior
Vernulei. collectas c. 11. Rhet.

33. Ταπείνωσις *sive* μείωσις *rem graviorem leviori nom
appellat.* Mirabar, ait Cicero, vulnus in latere, quod acu p
ctum videretur pro ictu gladitoris putari.

34. Ἀποσιώπησις *verba cum motu comprimit.* *Quos ego*
motos præstat componere fluctus.

35. Παράλειψις *præteritio, simulat omittere, quod max
dicitur* ut, non tango quod avarus homo est, quodq; imp
bus omitto. Lucill. Omnia illa, quæ sæpe audivistis &
moriâ tenetis, prætermitto; nihil de ejus urbanâ audaci
quor nihil de superbiâ, nihil de contumaciâ, nihil de cr
litate disputo. Lateant libidines ejus tenebricosæ, quas fr
te & supercilio, non pudore & temperantiâ contegebat

36. Διαλογισμὸς *sermocinatio alium nobiscum loqui fi*
cujusmodi fictiones epistolarum & sermonum in Thucyd
Salustio, Livio, Curtio, aliis, multas reperias. Sic Cicero
Muræna. Quid enim Senatus? num obviam prodire
men putat? non: sed mercede, convince. Num sectari m
tos? non: sed conductos doce.

37. Προσωποποιΐα, *absentia, muta, mortua loqui fingit.*
existat igitur ex hâc familiâ aliquis, ac potissimùm cæcus
Appius &c, sic aget & sic loquetur.
Mulier quid tibi cum Cælio?&c. Cic. pro Cæl. Etenim si
tria, quæ mihi vitâ multò est charior, si cuncta Italia,
mnis Respub, sic loqueretur: Marce Tulli, quid agis?
Cic. Catilin.

38. ἀποστροφὴ *sermonem aliò avertit, quàm instituta O
tio requirit*, ut, Quid tuus ille, Tubero, in acie pharsalica
strictus gladius agebat? cujus latus ille mucro petebat?

34. ἀνακοίνωσις *communicatio cum iis ipsis, apud & cu
quos agimus, deliberat, & sermones quasi miscet.* sitne
gis hominibus an Deo parendum, ipsi judicate. e. g. si id
vobis casus incideret, cedò quid faceretis? vestram consci
am appello &c.

40. De

*Definitio rem aut nomen aliquod quovis modo explicat*
uamobrem nolo te sæpius parcum appellare, cùm sis ava-
Nam qui parcus est, utitur eo, quod satis est: tu contra,
ter avaritiam, quò plus habes, magis eges.

*Divisio totius alicujus in dicendo partes enumerat* ut,
a civitas est eversa: dejecta mœnia: portarum turrium,
uinâ impletæ fossæ: civium tecta templaque Deorum
m flammis absumta, partim manu subversa atque dis-
, deniqúe omnia publica pravataque solo sunt æquata.

*Συναθροισμὸς plures species coacervat. ut Omnia* no-
mnium aditus tenebat: appellare, tentare sollicitare
rat, audebat. Catil. 3.

*Διατύπωσις formam rerum, quasi expressam, oculis sub-*
ut ipse inflammatus scelere ac furore in forum venit, ar-
nt oculi, toto ore crudelitas emicabat. Formulæ ingre-
di in ejusmodi *διατύπωσιν*, hæ sunt, & harum geminæ
Vester labor est, ut de auditoribus spectatores reddami-
dificate vobis urbem, terrâ marique inaccessam &c.

*Parabola est collatio expressa, quâ res ignota aque sen-*
*remotior per aliam notam, familiarem, seu gestam, seu*
*tam-quæ geri & contingere poterat explicatur.* Exem-
evangelicâ historiâ plurima sunt. vide ide interpr. s. 2.
§. 21. & seqq.

*Epiphonema est coronis quadam sententiosa præcedentis*
*nu*, ut, l. 2. georg. post longam orationem subditur,—
teneris asuescere multum est.

*Ἀπορία animi suspensionem declarat, frequenter in-*
*ando*. Quid primùm querar? aut unde potissimum ex-
? aut quid? aut à quibus auxilium petam? Deorúmne
rtalium? Populive Romani? vestramne, qui summam
atem habetis, hoc tempore fidem implorem?

*Παράδοξον suspensis auditorum animis aliquod inopi-*
*a subjicit*. Leonidæ cujusdam siculi apud Cic. verr. 7.
a in suspicionem vocata est conjurationis, res delata est
m: statim ut par fuit, jussu ejus homines, qui nomina-
t, comprehensi sunt adductique Lilybœum. Domino
ciatum est, ut adesset: causa dicta, damnati sunt. Quid

 deinde?

deinde? quid censetis? Furtum fortasse, aut prædam ex-
ctatis aliquam? Nolite usquequaque quidem quærere.
metu belli furandi qui locus potest esse? Paulo post. Pro-
cendi sunt, itaque producuntur, & ad palum alligantur. Eti-
nunc mihi expectare videmini, Iudices, quid deinde fact-
sit? quod iste nihil unquam fecit sine aliquo quæstu atq
præda, quid in ejusmodi re fieri potuit? quid commodum
Expectate facinus, quam vultis improbum, vincam tamen
pectationem omnium. Nomine sceleris conjurationis
damnati, ad supplicium traditi ad palum alligati, repe
multis millibus hominum inspectantibus soluti sunt, & L
nidæ illi domino redditi.

48. ἐπανόρθωσις *correctio, tollit quod dictum est, & m*
*idoneum reponit*, ut Italiam ornare quàm domum suam
luit: quanquam Italiâ ornatâ domus ipsa mihi videtur or
tior. Cic.

49. Παρομολογία *concessio partem, licet falsum aut*
*quam, concedit, ut reliquum obtineat*. Sit fur, sit sacrileg
sit flagitiorum omnium vitiorumque princeps. At est bo
Imperator, & felix, & ad dubia Reipub. tempora reser
dus. Cic.

50. Πρόληψις *objectioni tacitæ respondendo prævenit, ut*
cet aliquis hæc igitur est tua disciplina? Sic tu instituis
lescentes? &c. Ego, si quis, Iudices, robore animi &c.
pro Cæl.

51. Παροιμία *proverbium est celebre dictum scitâ* qua
*novitate insigne*. vidi Ide. Interpr. sect. 2. art. 4. §. 18.

52. ἐρώτησις *vehementer percunctando instat. ut*, Quou
tandem abutére, Catilina, patientiâ nostrâ? quamdiu no
iam furor ille tuus eludet? quem ad finem sese effrenat
ctabit audacia? Cic. Catil. 1.

*Produc de his quoque ornamenti Oratorij generibus canones?*

1. Figuræ *a* ut affectuum ministræ sunt,
quentiâ & affectatâ arte perdunt gratiam. 2 *β*

ta & figuræ ſunt dicendi & cauſarum generi-
s attemperandæ.

Igitur uſus earum in concitandis affectibus illuſtris.
enim præſtant, ne frigere orator videatur.

Frequentiores eſſe ac illuſtriores oportet in illuſtri di-
di genere, & causâ demonſtrativâ; quàm in generibus
ndi & cauſis aliis.

## CAPUT V.

### De altero demerendæ πειθοῦς medio, Inventione generatim.

*Quid eſt Inventio Rhetorica?*

nventio eſt argumentorum verorum ſeu veri-
ilium excogitatio; ad quæſtionis propoſitæ
bationem, & fidem faciendam accommodata.

*Quid & quotuplex eſt quæſtio?*

d in Rhetoricis α quæſtio eſt quod in dialecti-
onclusio. Eſtque illa vel infinita, ſeu theſis, in
de genere Univerſo quæritur, ut an Academiæ
ioſo viſitandæ? vel finita, ſeu hypotheſis quæ
is circumſtantiis perſonarum, locorum, tem-
um eſt deſcripta, ut, An Academia Jenenſis, an
vina, an alia viſitanda? An viſitanda hoc bel-
mpore? An Johanni, Paulo &c: viſitanda?
nita quæſtio iterum vel eſt α rhetorica vel β
tica: illa ſolius cognitionis gratiâ proponitur,
ad praxin in vitâ communi refertur. Finita
m vel γ abſoluta, vel δ comparata.

α Meré

α Merè theoretica in Rhetorum officinis non elabora neque genus aliquod causarum habet, ad quod referri c modè queat, ut frustra planè sit Muretus, quando in præ Catil. 2. triplicem causarum numerum destruere cona quod, qui dicturus est de corporum cœlestium motibus fulguribus, de terræmotibus, in nullo è tribus causarum neribus diversorium locúmve reperiat. Etenim pro theor cis quæstionibus (ut in dialecticâ pro syllogismis singul bus) loci à Rhetoribus nondum sunt excogitati: non q de illis etiam rebus tersè ac venustè dici nequeat, sed q Rhetorica præcipue ancilletur practicis disciplinis ac facu tibus vide Zabar. l. 2. de nat. log. c. 13. 14. 15. Quod si tan ex accidenti quæstio theoretica referatur ad aliquem u in vita civili, jam ei locus patet in aliquo causarum gen Oratio Periclis e. g. quâ metum abstersit ijs qui deliqu solis, tanquam malum aliquod portentum sunt veriti, Valer. Max. l. 8. c. 11. ad genus deliberativum perquam fertur commodè.

β Hæc demùm per se est fori rhetorici

γ Absoluta quærit simpliciter de rei honestate, util æquitate.

δ Comparata quærit de honestiori, utiliori, æqu

*Quid appellas argumenta, & quotuplicia sunt illa?*

Argumentum est probabile inventum ad f endam fidem estque 1. vel α Dialecticum vel β R toricum. Dialecticum vel γ artificiale vel in ficiale: Rhetoricum vel δ λογικὸν vel ε ἠθικὸν v παθητικὸν, quorum primum rei, alterum audito tertium tàm oratoris quàm auditoris gratiâ mitur.

α Dialecticum. Apodicticas probationes nec Orato cessariò affert, nec requirit auditor, nec postulat finis R

(non demonstratio, sed ) persuasio. Fulgentibus potiquàm pungentibus argumentis Orator præliatur, sæpeque nero plus efficit apud populum, argumento imbelli è loco ilium petito, quàm robusto Apodicticus è causis proximis to hinc Arist. l. 1. Eth. c. 1. Παραπλήσιον φαίνεται, μαθηματικῦ τε πιθανολογῦντος ἀποδέχεσθαι, καὶ ῥητορικὸν ἀπὸ εἰξειτῶν.

Artificialia aliàs dicuntur insita, & derivantur è locis efticis, causæ, effectus, totius, partium, adjunctorum &c. uibus prolixè ac illuminatè egit Cic in Topicis ap. C. Trebum

Inartificialia dicuntur, non ratione tractationis, in quâ mùm est artis, ut colligere estè modis illis tractandi tenium, per admirationem, optationem apostrophen, itionem, quos studiosè proponit. Vernule. l. 2. de arte d. c. 12. sed ratione inventionis, quia non ut bombyces se gignunt, in Oratoris cerebro nascuntur, sed aliunde untur. Hæc Aristoteles ad quinque capita refert *leges, pacta, quæstiones, juramenta.* Quibus accenseri alia uè possunt, ut pote oracula, senatus consulta, res judicata rac fama. Quæstiones quidem hujusmodi sunt, ut quæ ibus torti & igne fatigati dicunt, ea veritas ipsa dicere ur, ( verba sunt Tull. in top. ) nihilominus eadem tornon rarògubernat dolor, moderatur natura, regit quælectit libido, corrumpit spes, infirmat metus, ut in tanm angustiis nihil veritati loci relinquatur. idem Tull. ylla.

rgumenta λογικὰ sive probantia dicuntur à Rhetorii communes cùm absolutæ tùm comparatæ quæstiolius loci sunt *possibile & impossibile,* quibus docetur ræterito aliquid factum esse, vel in præsenti aliquid sse, vel in futuro aliquid fore. Hujus *magnum & n,* quibus docetur aliquid altero honestius esse vel inius, utilius vel inutilius, æquius vel iniquius

ικὰ argumenta sive morata ideò à Rhetoribus tradundelinire auditorum animos vel morum suorum signie, vel aliorum scientiâ facilius possint: nemo est quin

malit

malit audire orationem suo ingenio suisque motibus acc modatam, quàm à se alienam.

ζ Παθητικὰ argumenta ea sunt quibus affectus aud rum concitantur ac demulcentur, de quibus in cap. seq.

*Affer de argumentis Canones?*

1. α In testibus eligendis diligens adhibe est prudentia β 2. Oratoris est suos in oration gnificare mores, maximè prudentiam, probita ac benevolentiam 3. γ exploratos habere aud rum animos, δ mores, ε patriam, ζ affectus, η tem, θ fortunam ut auditorum quasi geniis s admetiri orationem possit.

α Multum enim refert, testis sit locuples an suspe græcus an Romanus? quorum ille fidei religionem neg teste Tull. pro Flacc. hôc, ut habet proverb. per orbem vivit justius Videndum porrò sitné ex se natus, an domo sus, accusator, concessor, conviva, contubernalis, an null partium studiosus? pertinet huc exemplum M. Scau ruptelæ accusati, qui in concionem progressus hoc unu xisse perhibetur: Varius Sucronensis Aemilium Sca mercede regiâ corruptum ait: Aemilius Scaurus negat creditis?

β Prudentiam, ne non intelligere, quod dicit: pr tem, ne aliter loqui ac sentire; benèvolentiam, ne ali non nostram agere causam videatur. Primam virtute tinebit, cum modestiam: alteram, cum vitiorum odiu tiam cum amorem auditorum præ se laturus est.

γ Auditorum differentias circumspectè conside quisquis constituit dicendo tenere hominum cætus, al mentes, voluntates impellere quò velit, & unde velit, cere, non facilè admittunt rusticorum aures concione quisitam nimis, & doctissimorum verborum epulis ref nec vicissim delicàtior & politior hominum auditus orationem rudem, indoctam incoctam. Castigavit h

risincogitantiam in Catone Cicero; de quo scribit l. 2. att. i. quod optimo animo utens & summâ fide, noceat interim Reipub. & dicat sententiam non tanquam in fece Romuli, sed tanquam in πολιτεία Platonis. Contra in laudibus xandri M. recenset Curtius l. 3. quod agmini obequitarit, ariâ oratione, ut cujusque animo erat aptum, fuerit allocus, aliâ spe compleverit suos Macedonas, aliâ Thracas. vi. Curt. p. m. 68.

Mores. Quibus perspiciendis physiognomia nonnihil petit.

Patriam. Etenim fallaces & loquaces græci, sed sapies: Hispani arrogantes, sed arguti & fideles: Galli leves, generosi: superbi Romani, sed graves: sardi rudes sed laum patientes. hebræi invidi sed prudentes: Scoti libidi- sed hospitales: siculi lascivi sed acuti: Hunni crudeles firmi: Germani ebriosi sed laboriosi. Huc pertinet etiam ectus ad formam Reipub. ne e. g. in democratia suasurus um, dicat, hoc pertinere ad firmandam potentiam quodam privatorum hominum. Verendum aliàs, ne stultitiæ dignum auferat precium.

Affectus, habitus itidem animi tàm intellectuales quàm ales. Aliter namque tractandus est iracundus, aliter avaquàm liberalis, quæ omnia prudentiæ Oratoris relinquun-

Ætatem Iuvenes simulac in ingenium suum migrarunt. ibus utplurimum amoris ac iræ sunt occupatissimi, libecreduli, εὐέλπιδες (sic Alex. M. conspectâ Persarum orâ, a amicis donavit, & cum interrogaretur, quid sibi reti- ἐλπίδα resondit) φιλόφιλοι, verecundi, proniores ad meliam quàm damnum; Vnde & οἶνος dicitur ὑβριστής ότιλα. In senibus omnia sunt contraria. Sunt illi à vealieni, quos in extremo vitæ actu constitutos ætas potionet, ut sarcinas colligant hinc exituros, quàm ut restim ntes saltitent inter mulieres. Itâ quidem sunt ὀξεῖς acres o Aristotelis utar) sed ἀσθενεῖς. hinc Sophocles:

ὀργὴ γέροντος, ὥστε μαλθακὴ νότις senilis ira, lana ceu , manu ἐν χειρὶ θήγει, ἐν τάχει δ' ἀμβλύνεται. pungit quidem.

dem, sed illicò retunditur. sunt porrò iidem senes tantò rem attentiores, quantò citius opus est viatico: timidi queruli: morosi & invidi, sicque amant tanquam aliquando osuri, ex Biantis consilio: damnosi magis quàm dicaces contumeliosi.

ϑ Fortuna. Nobiliores sunt ferociores, citò rapturi nobilitate comesâ, quod superest, ut ludit Iunev. sat. 1. opulentiores sunt superbiores, sciunt enim quod omnia num pareant, quodque inclusum contineat arce Iovem. potentiores sunt injuriosi, credunt enim sine injuriâ potentiam leve esse ac inopem, suarum turpitudinum strumas διὰ ζάφων occultatum iri, qui lusus Ciceronis est in Vatinium l. 2. ad att. ep.

# CAPUT VI.

## De παθολογία & affectuum doctrinâ.

### *Quid est affectus?*

α **Affectus est β qualitas γ appetitus tàm irrationalis δ quàm ε rationalis concitans animal ad agendum.**

α Affectus. In latinâ linguâ affecta res est res inchoata nondum absoluta, non ad finem ipsum, sed proximè fine progressa deductavé. Gell. l. 3. c. 16. hinc. Cic. in Orat. de pro consul. n. 19. bellum, inquit, affectum videmus, & verè ut dicam, pænè confectum. Aliàs motus animi, perturbatio, passio appellari consuevit. In græcâ linguâ πάθος & ἦθος sic differunt, quod hoc sit principium agendi, illud patiendi. Itaque (ait Scal. l. 3. de re poet. c. 1.) qui perturbatur, πάθος habet ut invidus: qui perturbat, ἦθος, ut iracundus.

β Qualitas non solâ passione, sed & actione producta. Sicut enim pulex dormientem sæpe mordet sine sensu: Ita objectum sæpe movet appetitum, ut non sequatur actus appetendi. Sic Bethseba Davidem movit ad amandum, non item Iosephum Potipharis Vxor.

γ Appetitus ὀρέξεως, non naturalis ἐφέσεως sive inclinati-

n

nis. absit plantis aut lapidibus affectus ut tribuamus. Cardano de magnete aliquid deliranti, jam dum dicam scripsit Scaliger.

δ Irrationalis Reyera enim in bestiis etiam affectus deprehenduntur, necquicquam contradicente Senecâ l. 1. de irâ c. 3. & 16. reclamant namque sonorâ voce rictus canum, φιλανθρωπία Delphinorum, amor venereus elephantorum, de quo Lips. ex Acostâ & aliis cent. 1. ep. 50. *Non magis*, ait Seneca, *habent iram bestia quam luxuriam aut injuriam.* Atqui iram habent, injuriam non habent, hæc enim est liberi arbitrii, non item illa.

ε Rationalis. *A ratione* affectus non sunt, cui sæpissimè, ut manus paralytici & cives rebelles, adversantur. Totâ namque viâ errat Stoa, quando primas ῥοπὰς affectus esse negat sed porrò requirit ἕξιν, συγκατάθεσιν, & ὁρμὴν: & distinguit inter affectus ipsos & principia præludentia affectibus, vide Senecam stoæ Interpretem l. 2. de irâ c. 2. & 4, ep. 57. & 116. Contra Omnis actus facultatis appetitivæ est affectus. primus impetus etiam invitus ac repentinus, est actus facultatis appetivæ. E. est affectus. Nihilominus *in parte hominis rationali*, tanquam subjecto, sunt nonnulli affectus, quos homo cum bestiâ communes non habet, ut sunt amor æternitatis, spes rerum solo intellectu cognitarum, æmulatio, gratia, misericordia, verecundia.

ζ Agendum, generatim sumtâ hac voce, ita ut etiam aversationem objecti includat.

## *Quotuplex est affectus omnis?*

I. Affectus vel est per se α bonus, vel per se β malus, vel γ indifferens ac neuter. 2. affectus vel est δ concupiscibilis vel irascibilis. ο

α Per se bonus est, quô nemo potest abuti, ut στοργὴ in parentes, β per se malus, quo nemo potest rectè uti, ἐπιχαιρεκακία, ἀναισχυντία, φθόνος l. 2. Eth. c. 6. γ Indifferens est, nec per se bonus nec per se malus, sed bonus, eo si bene utaris, malus si male, ut ira, amor odium. *In his non tam quæritu*,

ait August. l. 9. C. D. c. 5. *utrum animus irascatur, ne trum sit tristis, sed unde? nec utrum timeat? Irasci enim canti, ut corrigatur: contristari afflicto ut liberetur: per tanti timere ne pereat, nescio utrum quisquam sanarat reprehendat?* Vnde ultrò contra Stoicos sequitur, affe exscindi nec posse, nec debere: *non posse*, quia sunt à na mutari nesciâ: *non debere*, quia *castrare hominem videni gravissimo* Lactantii judicio. l. 6. *qui non temperant sed scindunt, quæ naturâ sunt insita. Qui ab ebrietate sibi tuunt, non effundunt vinum sed diluunt*, ait Plutarch. a quin similes futuri imprudenti illi rustico de quo Gell. L N. A. c. 11.

ꝺ Totidem sunt partes appetitus, concupiscentia & i 2. de an. c. 3. t. 27. differunt inter se non ut adversi, sed ut ordinati. Est enim ira famula quasi & ministra concupis tiæ; hæc vult aut detestatur aliquod objectum, sed quia s per non consequitur quod vult, ideò per irascibilem app tum, ut Rex per suos milites, conatur vincere impediment removere obstacula. vide Thom. p. 1. q. 81. art, 2.

☞ *Vide Tabell. præced. prox.*

*Define singulos affectus?*

*Amor est affectus Vnionis.* rotunda Scaligeri est defini Si enim πολλὰς φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν, neglectum a quium multos disiunxit amicos l. 8. Eth. cap. 6. Ergo. V consuetudo concinnat amorem. vide eundem exerc. 30. 317. s. 2. ubi hunc affectum, ut solet omnia, eruditissimè tractat, & ab affectibus vicinis caritate, libidine, subtili dis guit radio. Ad amorem etiam amicitia pertinet, quæ vi non est, sed affectus habitualis: cum omnis virtus sit in strâ potestate, non item amicitia. nemo enim potest inv amicus esse. Desiderium etiam amor est sed absentis. Dile itidem sed ex electione natus amor est. *Odium est affec quo aversamur malum in alijs existens, & et consequen malum volumus.* vide Scal. exerc. 316. s. 1. Differt odium

Vide pg. 64.

- Omnis affectus est vel
  - Concupiscibilis, consistens vel in
    - motu
      - inclinationis, & est vel
        - 1. ratione subjecti
          - Voluntarius ex electione, ut dilectio
          - sensitivus, ut amor
        - 2. ratione objecti vel
          - rei bonæ, sed absentis, ut desiderium
          - personæ, cui volumus ejusq; vel
            - inferioris, ut gratia
            - miseræ, ut misericordia
      - fuga qua vel
        - 1. volumus aliquod malum
          - nobis
            - præsens
              - naturale ut tristitia
              - morale, ut verecundia
            - absens, ut timor
          - alijs, ut odium, abominatio
        - 2. volumus bonū alijs
          - dignis eâ felicitate ut invidia
          - indignis ut indignatio
    - quiete obtenti
      - boni ut gaudium
      - mali ut dolor
  - Irascibilis vel
    - vincens malum
      - absente bono ut spes
      - præsente bono ut Ira
    - luctans adhuc ut
      - zelus
      - confidentia
    - succumbens in malo ut
      - lenitas
      - desperatio

ait Aug
*trum si*
*canti, u*
*tanti t*
*reprahe*
exscind.
mutari
*graVissi*
*scindun*
*tuunt, n*
quin sin
N. A. c.

T.
2. de an.
ordinati
tiæ : hæc
per non
tum,ut F
removere

*Amor*
Si enim n
quium m
consuetuc
317. f. 2. u
tractat. &
guit radio
non est, se
strâ potest
amicus est
itidem sed
*quo aVersa*
*malum Vo*

..s. Nam hæc fertur ad ea tantùm quæ sunt è re nostrâ: illud ..iam conijcitur ex ijs, quæ nobis nec feruntur, nec metuntur. ..einde odium est, ut loquitur Scal. exerc. 136. ἐν τῷ ἐπιθυμη..ῷ, Ira ἐν τῷ θυμοειδῆ. *Gratia est affectus quo indigenti ..n pro re quapiam, neque ut nobis aliquid accedat, benefa..mus.* Apud Arist. χάρις ἐστὶ καθ' ἣν ὁ ἔχων λέγεται χάριν ..εργεῖν δεομένῳ, μὴ ἀντί τινος, μηδ' ἵν' αὐτῷ τῷ ὑπουργοῦντι, ..' ἵν' ἐκείνῳ τι.

*..Misericordia est dolor ex alterius infortunio conceptus.* ..oa definit, quod sit λύπη, ὡ ἐπὶ ἀναξίως κακοπαθοῦντι. ipse ..iam Aristoteles addit τὸ ἀνάξιον. Cæterùm id perpetuum ..n est: nam etiam eorum miseremur, qui suo jumento sibi ..lum accerserunt, adeoque qui dignè ferunt quod ferunt. ..ipsius Aristotelis præcepto δὸς ἄρτον πτωχῷ καὶ κόνδυλον ὄψον ..αὐτῷ. Adverte hîc gratiam sive clementiam differre à mi..icordiâ, quod hujus objectum sit persona misera, illius et..n non misera, respectu subditi sui florentis gratiosus est ..nceps, non misericors.

*..ristitia est, (describente Scalig. exerc. 312.) contractio spiri..um a re non conveniente ad sua principia.* Hinc spiritus ..niâ multitudine ac contentione retracti vesicam premunt, ..unt urinam, cor suffocant, pallorem in faciem inducunt, ..ebrum frigefaciunt, & humores supervacaneos calore de..utos in guttas & lacrymas resolvunt.

*..erecundia est dolor ex infamiæ opinione ortus.* αἰδὼς ἐστὶ ..ς τῆς ἀδοξίας l. 2. Rhet. c. 6. Item ἡ αἰσχύνη ἐστὶ λύπη τις καὶ ..χὴ περὶ τὰ εἰς ἀδοξίαν. vide Scal. exerc. 315 & Gerh. Voss. l. 2. .. Habet hic affectus id peculiare, quod cum omnium ille ..tatum, in senili repræhendatur, in juvenili commende..cum, ut habet proverbium, pudor sit seni: pudor, juveni ..or.

*..imor metus est dolor seu perturbatio ex imaginatione fu..mali ortus,* λύπη τίς καὶ ταραχὴ inquit Arist. ἐκ φαντασίας ..οντος κακοῦ ἢ φθαρτικοῦ. Ἐκ φαντασίας dicit absque hac ..i fuerit, nullus est metus. hinc somnambuli incredibilia .. præstant, quia mali impendentis cognitione destituun.. quo malum impendens imaginatione proprius est, hoc

 magis

magis percellitur animus! nemo magnoperè mortem re-
midat, quia licet unicuique nostrum, ut Tantali saxum
pendeat, omnes tamen putamus eam adhuc longo abesse l-
gius. vide Scal. ex. 312.

Invidia est α dolor ortus ex β contemplatio-
γ prosperitatis δ dignæ aliorum, qui nobis ε æq-
les sunt. Aristotelis hæc est definitio

φθόνος ἐστὶ λύπη τις ἐπὶ εὐπραγίᾳ φαινομένῃ τῶν ἀγαθῶν
τοὺς ὁμοίους, οὐχ' ἵνα τι αὐτῷ ἀλλὰ δι' ἐκείνους: addunt alij Invidi-
esse nullo nostro cum commodo aut damno conjunct-
gratuitò suscipi: quod ut plerumque verum, ita aliquan-
etiam falsum est. Nam cum Iudæi lætis vultibus aspexer-
ignem urbis atque templi, suô cum damno Romanis invi-
tunt. Vrbem toto orbe augustissimam, apud Ioseph. l. 6. b-
c. 38. l. 7. 14.

α Verè dolor. Disrumpitur enim ὀφθαλμὸς ὁ πονηρὸς
liorum fortunam cum contemplatur, carpitque & carpi-
unà, supliciumque suum est. Ovid. Huc pertinet scirpus
pud Athenæ. Matreæ plani, qui dicere solitus, alere se θη-
ζ belluam quæ seipsam edendo consumat

β Ex contemplatione intellectivâ scilicet. In bestias en-
propriè dicta invidia non cadit, quia hic affectus est pe-
malus, & requirit agnitionem felicitatis alienæ, quorum
trumque de bestiâ non dixeris. Ἀνάλογον τι habent illa na-
ræ Mystarum exempla, ranæ rubetæ apud Plin. 8. 31. Cerv-
32. equæ Hippomanes c. 42. Castoris qui se

*Eunuchum ipse facit cupiens evadere damno*
*testiculorum, adeò medicatum intelligit inguen.*
Iuven. sat. 12.

γ Prosperitatis, objectum invidiæ est res bona, ut odii
mala. odi inquit Scal. inconsideratum locutorem, sed n-
invideo inconsiderato locutori. vide de hâc differentiâ in-
diæ & odii Scal. exerc. 316. s. 2. & Manutium in 1. ep. fa-
Cic. 1.

δ Digne. Nam indignatio sine culpâ dolet ob alior-
successus indignos scilicet.

ε Aeq-

Aequales. Quia non facile, ut habet proverbium ἥλιος ἑσπέρᾳ invidet, & frustra lunam allatrat canis. æqualitas etiam exulcerat. Aequales autem 1. ratione termini à quo, qui aliquando æquales fuerunt. Illud enim ipsum invidiosum est æqualitatem supergressum esse. Hinc Tacit. l. 2. Hist. scribit insitâ mortalibus naturâ, recentem aliorum felicitatem ægris oculis introspici, modumque fortunæ à nullis magis exigi, quàm quos in æquo videre. 2. æquales non quà tales, sed propter adjunctam aliam inæqualitatem, figulus figulo est exosus ob lucri imparitatem: & odii sæpe causa est idem velle. Senec. l. 3. de irâ c. 34. alias obitum Hortensii lu... esse Ciceronem accepimus, quod neuter alterius cursum suffiminasset.

*Indignatio contra est dolor ortus ex aliorũ felicitate indignâ.* Νέμεσις ἐστὶ λύπη τις ἐπὶ ἀναξίαις εὐπραγίαις. Hinc de Democrito Laberius

*Democritus, Abderites, physicus, philosophus*
*Clypeum constituit contra exortum Hyperionis,*
*Oculos effodere ut posset splẽdore æreo,*
*Malis bene esse ne videret civibus.*

*Ἐπιχαιρεκακία est ut ipsum nomen indicat, delectatio ex alienorum infortunio innocenti hausta.* Exemplum præbet Maro l. 2. v. 104.

*Hoc Ithacus velit, hoc magno mercentur Atridæ!* Si scilicet ego Sinon à vobis occiderer, gavisuri essent græci meo & vestro infortunio, meo proditoris, & vestro proditionem non audientium. Sic apud Senec. in Medeâ v. 227.—*sola est quies*

*mea [illegible] ruinâ cuncta si video obruta.*

*Gaudium [illegible] animi elatio ob præsens bonum.* vide Scal. exerc. 307. s. 2. Dolor contra est affectus è sensu præsentis mali ortus. Spes est affectus vincens malum præsens absentis boni cogitatione.

*Ira est appetitus depulsionis ortus è contemtu nostri & nostrorum.* *Aristoteles* duas habet iræ definitiones, Vnam l. 1. de an. t. 16. quod sit ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος fervor sanguinis circa cor: alteram l. 2. Rhet. c. 3. quod sit appetitus cum dolore conjunctus, ultionis speratæ, propter apparen-

tem contemtum vel nostri vel nostrorum, contra quam o tuit (μὴ προσηκόντως) Neutra tamen ἅπαξ ἐκτῶ met Non prima, quia iram ad solum cor restringit, cum tam de felle canat Maro l. 8. Aen. v. 219.

*Sic verò Alcidæ furijs exarserat atro* Felle *dolor*

Et de jecore Horat. l. 1. od 15. fervens difficili bile tumet. Non altera, quia 1. iram cum dolore conjungit, cum ta constet vix majorem esse voluptatem quam iræ vindica Achilles Homericus Iram melle dulciorem esse judica ad. 18.

ὥστε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο
ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται.

Plato in philæbo iratos confert spectatoribus tragœdiar qui simul gaudent & dolent: nos frictioni corporis γλυκ χρῷ. quia 2. ultionis speratæ facit mentionem, cum ta illa sæpe exurgat sine omni vindictæ cupiditate, aut spe, firmissimi sæpè (verbis imbellibus scilic. armis) irascu potentissimis, *nec pœnam concupiscunt quam non sper* Senec. l. 1. de irâ. c. 16. *non semper irascimur*, ait Scal. ex 313. ut *ulciscamur, aut malam gratiam reponamus, V qui fato suo irascuntur, qui parentibus qui liberis. ut c gent. non ut reddant malum, sed ut efficiant meliores* irasci ventis, contigit, non ἀντιπνέειν. In impossibilibus nuinum frangere, id insanire est.

*Zelus est affectus ortus ex desiderio boni (fortunæ) ali similis.*

*Ecquid in antiquam virtutem animosq; viriles*
*Et pater Aeneas & avunculus excitat* [illegible] *ctor?*
Virg. l. 3. Aene.

Differt à Zelotypiâ, quia hæc metuit ne deamatæ (acquisi rei (formæ,) exturbemur possessione, vide Scal. exerc. 31

*Confidentia est spes cum phantasiâ rerum salutarium præsentium, metuendarum, quæ aut non sint aut procul sint.* vide Voss l. 2. inst. orat. c. 7.

*Lenitas præte πραΰτης vel est omnimoda iræ vacuitas, sic in* vitijs non affectibus neutris numeratur: nihil enim

...est, quàm quanti apud alios fias, nihil pensi habere, & ...m Atheniensi illo ex Horat. l.1.satyr. 1. dicere

*...populus me sibilat: at mihi plaudo*
*Ipse domi simul ac numos contemplor in arcâ,*
*aut cum illo è veteri commœdiâ*
*Ego rumorem parvi facio, dum sit rumen qui impleam.*

*...est ira aliqua moderatio.* κατάστασις καὶ ἠρέμησις τῆς ὀργῆς, ...prosequimur eos, de quibus jam ultio sumta, vel quibus ...ceri, amplius nō potest, utpote de mortuis, de quib. nil nisi ...ne: vel qui pœnitentia clementiam nostram provocarunt. ...ibus ignoscere nolle, id fit animi non humani sed saxei: ...jusmodi homines græcè dicuntur ἄτεγκτοι καὶ ἀτεράμονες ...nè incoctiles, qui nullâ queant, aquâ macerari.

*Desperatio denique spei contraria planè succumbit in lu... adversus malum imminens.*

*Refer ex more canones pathologicos?*

α 1. Oratoris proprium est concitare affectus ...ditorum. 2. β Id verò præcipue fit, affectuum ...ulatione, inductione figurarum oratoriarum, ... actionis venustate. δ

... Facilius enim persuadet homo in cathedrâ vivus, & ...uosus, quam semi mortuus truncus. Cæterùm magni id artificii, cum multis contingat quod illi apud Cic. l. 2. de o... ore: cum enim declamator quidam putasset, auditores se misericordiam compulisse, & rogasset, annon misericor... ...m moverit? magnam. respondit Catulus, neminem enim ...o esse tàm durum, cui non oratio tua miseranda visa sit. vi... Vernulei in append. Rhet. ubi ex professo de hâc affe... ...um concitatione egit.

...β — *Si vis me flere, dolendum est*
*primò ipsi tibi* — *Horat: in art, poet.*

...nulla materies est, ait Cicero l. 2. de Orat. tàm facilis ad ...rdescendum, quæ nisi admoto igne ignem concipere pos... ...sic nulla mens est tàm ad comprehendendam vim orato-

ris parata, quæ possit incendi, nisi inflammatus ipse ad
& ardens accesseris.

γ Figuræ efficaciores sunt, ethopœiæ, ὑποτυπώσεις
τήσεις & similes.

δ Scivit id probè Antonius, cum defenderet Aquili
tunicam ejus diloricavit ac senis imperatoris adve
ostendit cicattices, teste Tull.] In Verrinâ secundâ. Idem
lysses fecit apud Ovid. l. 3. Metam.

*——sunt mihi vulnera cives*
*ipso pulchra loco, ne vanis credite verbis.*
*aspicite en, vestemq; manu deduxit & hæc sunt*
*pectora, semper ait, vestris exercita curis.*

## CAPUT VII.

### De argumentatione oratoriâ.

*Quomodo Orator argumenta sua pertractat?*

Argumentationes Rhetoricæ potissimum α d
tantum sunt, β Enthimema & γ exemplum.

α Vt in logicis disputationibus syllogismus & induc
utramque, ut ajunt paginam implent: Ita Exemplum &
*—— curtum sermone rotato* Iuv. sat 6.

Enthymema, illæ formæ sunt, quibus tela inventa è ph
trâ emittuntur: Argumentatur non rarò Orator syllogis
sed pressâ arte, non astringi se regulis syllogisticis patitur,
que contentus est membris tribus, sed addit probatione
propositionum numerum auget, ordinem itidem logic
turbat e.g. l. 10. Aen. v. 372. ait Pallas

*Quò fugitis socij, per vos & fortia facta.*

*Cõclusio una cum majore propositione*, Fidite ne pedibus
ro rumpenda per hostes est via. *minor propositio* quâ glo
ille virum densissimus urget: *probatio minoris*. Hâc vos &
ianta ducem patria alta reposcit: *probatio majoris.* Num
nulla premunt, mortali urgemur ab hoste.

...a hîc κρύψις formæ syllogisticæ, quæ evoluta talis appa-

*Quæ via ferro rumpenda est, ea pedibus fugitivis calcanda non est.*
*Hæc via, qua globus ille virum &c: ferro rumpenda est E.*
*Pedibus fugitivis non est calcanda.*

Major probatur à possibili, quia non cum Diis sed cum ho... ...ibus conseruntur manus. Minor. quia hæc est via quâ ...s Cives patria reductum vult. vide Vernulei. l. 1. Rhe. 8. ...n. 26. Legitur quidem apud poëtas syllogismus in expres... ...ormâ, quin & responsio ad leges logicas amussitata, ( de ...prolixius Casaub. ad h. l. p. m. 415. ) utpote apud Persi... ...sat. 5.

*An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam*
*Cui licet, ut voluit? licet, ut volo, vivere: non sim*
*liberior Bruto? Et mox*
*— — mendosè colligis, inquit*
*Stoicus hic, aurem mordaci lotus aceto,*
*Hoc ( reliquum accipio ) licet illud, & ut volo, tolle.*

...nihil ad oratores & poëtas alios. Vult enim Persius de... ...are minutas illas Stoicorum interrogatiunculas, quarum ...minibus mutuò se compugerant.

## *Quid est enthymema Rhetoricum?*

Enthymema Rhetoricum est argumentatio im... ...fecta constans ἐξ ἑικότων ϗ̀ σημείων

εἰκότα sunt sententiæ probabiles, ut omnes parentes a... ...re suos liberos. Probabile id est, quia evenire contrarium ...est. Nam Medeam sævus amor docuit natorum sanguine ...maculare manus.

σημεῖα dicuntur notæ vel antecedentes vel consequen... ...ut segnities paupertatis. lac defloratæ virginitatis. Hæ si ...priæ sint & necessariæ, τεκμήρια appellantur; si commu... ...& contingentes σημεῖα speciatim.

 Exem-

### *Exempla quomodo Rhetoricè tractari solent?*

Rhetoricè & ornatè illa tractantur per figu rhetoricas α præteritiones, β apostrophas: Iten optationes δ citationes & ε comparationes.

α Vt: contineo me ab exemplis græcis, hoc modicum Cic. l. 2. de fin. n. 62. Sed quid ego vetera conquiro, cum li uti exemplis præsentibus atq; vivis? l. 3. de orat. n. 29. vanum antiquitas, quando curricula nostra coràm. Ter de pall.

β ô prudentissime Rex Arragonum Alfonse, quàm pienter arma & armorum tractationem è libris hausisti!

γ ô si videre tua tempora possemus & in antiqua secul dire M. Tulli! videremus illum ardorem tuum, quo in cur pro patriæ libertate tuendâ ferebare!

δ Quod si cui forte dubium est, prodeat in medium Ch sippus, qui sæpe studio intentus tantâ voluptate perfrueba ut eum tanquam extra se positum cibi potusque caperet livio.

ε Laudetur Alex. M. etenim meruit, qui mediâ in Pe prius vicit, quàm ab ultimâ timeretur: consecret immor tati Pompejum peritia militaris, qui plura bella gessit, qu alii legerunt, plures provincias confecit, quàm alii conc verunt. in Cœlum sustollatur I. Cæsar qui rapidissimi fi instar, venit, vidit, vicit. Extollantur alii qui rebus pra gestis in famam tanquam radios solis incurrerunt, sed ta men extollantur, ut tuum hic decus eximium sit GVST Magne, tua laus prima, tuus in heroum numero principa

### *Ede Canonem?*

Artis caput est artem premere.

In argumentationibus igitur suis & reliquis officii ora partibus, præ se ferat ubiq; Orator τῆς ἀπλότητος προσπ simplicitatis prætextum.

# CAPUT VIII.

## *De tertio Medio persuasionis oratoriæ,* COLLOCATIONE.

### *Quid est Collocatio?*

Collocatio est apta rerum argumentorumq; a fidem faciendam comparata οἰκονομία.

a Ita comparatum est in oratione, sicut in vitium plantane, quæ ordine ac deincepspositæ & auras cōcipiunt libees: & proveniunt felicius. Oratio in qua omnia inter se colligataq; sunt, ejusmodi vinea est, quæ & suavius aures ellit, & persuadet melius, quam confusa rerum series in πᾶν ἐν παντὶ μέμικται.

### *Quot sunt orationis Rhetoricæ partes?*

a Essentiales duæ tantùm sunt, β propositio & nfirmatio: integrales quatuor, exordium nario, refutatio, peroratio.

Sicut in homine partes aliæ ita sunt necessariæ, ut eas si uleris, ipsam hominis essentiam sustuleris: aliæ ad inteatem solam & ornatum hominis pertinent, quarum abianon evertit hominem, sed mutilum ac deformem red- Ita necessariæ orationis partes duæ sunt, propositio & irmatio, neq; enim orationes non fuerunt, quas olim co- Areopagitis recitarunt oratores ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν: quæ quæ adduntur, vel aliquibus solùm orationibus, ut atio, cujus in genere deliberativo locus est nullus; vel afibus concitandis inserviunt, ut exordium & peroratio: lenique ad complementum cofirmationis pertinent, ut tatio.

Ad propositionem etiam partitio per quàm referri comde potest.

α *Naturalem collocationem hic versus complectitur Exorsus, narro, confirmo, refuto, peroro.*
β *Artificialis arbitrio ac judicio Oratoris permittitur.*

*Quotuplex exordium ratione formæ?*

Duplex directum, quo apertè ad causam acc dit orator, & indirectum quo occultè Orator, quasi per ambages animum auditoris occupat.

*Quæ est exordii materia?*

Varia illa & multiplex. Innumeri esse possu exordiorum loci, à personâ, re, loco, tempore, stroiâ, familiâ, ritu antiquo, sententiâ, invocati ne Numinis, famâ, similitudine, voto, admi tione, expectatione vulgi, à prolepsi sive præo cupatione & solutione eorum quæ officere au tori possunt, ab omni denique circumstantiâ.

*Quot sunt fines exordiorum?*

Tres, α Benevolentia, β attentio & γ docili

α *Captatur autem benevolentia* 1. *à personâ dicentu* suam Facundiam extenuantis, vel merita sua exaggeran Neque enim in Universum verum est propriam laudem dere. tàm non rarò turpe est mentiri, quàm verum dic Servius in l. i. Aen. scientibus, scribit, aliquid de se dicere rogantia est, ignotis, indicium. Hinc & Achilles Homeri de seipso prædicat, οὐχ ὁρᾷς οἷος ἐγὼ καλός τε μέγας τε & A l v. 383.

*Sum pius Aeneas famâ super æthera notus.*

2. *à personâ ejus apud quem dicitur,* cujus deprædicanda des est, sinceritas & existimatio, id quod D. Paulum co Rege Agrippâ fecisse testatur Lucas Act. 26. 2. 3. *ab ipsâ versarii personâ,* qui vel in odium vocandus est vitio

comm

commemoratione, vel in invidiam comparatione, Rei mise-
ri, egeni, deserti cum adversario florente & hominum gratiâ
& opum potentiâ & patroni excellentiâ 4, *à re*, causam no-
stram extollendo adversarij causam deprimendo.

*β* Attentio comparatur pollicitatione orationis conceptæ
fere novâ admirabili jucundâ, gravi, utili, necessariâ, & quod
caput est, orationis brevitatis? His persuasionibus capti au-
ditorum animi, facilius relinquunt, ut ille ait, ad vimina piu-
nas.

*γ* Docilitas perspicuitatis promissione acquiritur. e. g.
rem illam, de quâ dicturus sis, esse contentionibus infinitam,
impeditam tenebris, disputationibus difficilem, daturum ta-
men te operam, ut discussâ caligine, verborum affusâ luce pa-
teant & videantur omnia.

Formulas cùm benevolentiæ captandæ vide Philipp. 3. n.
4. Verr. 3. 10. pro Sextio n. 3. & 4. & Vernul. l. 1. Rhet. c. 6.
p. m. 15. tùm exordiendi Phil. 2. & 4. pro Quint. n. 1. pro S.
Rosc. Amer. n. 1. Verr. 6. 36.

### *Quotuplex est propositio altera Orationis pars?*

Propositio vel simplex est, vel partitione proposita. Hæc absolvitur vel sejunctione eorum in quibus inter nos & adversarium convenit, & eorum quibus discrepamus. vel enumeratione capitum de quibus verba facturi sumus.

Formulas proponendi ac partiendi, vide Orat. pro Sextion. 5. vel si mavis, Vernulei. l. 1. c. 7. p. m. 21.

### *Narratio quotuplex est?*

*Narratio* utpote sedes ac fundamentum fidei, & σπερματισμὸς quidam seu seminarium argumentorum, duplex est, *vel ἱστορικὴ facti, vel μυθικὴ ἢ δραμματικὴ quasi facti.* Complectitur tres partes προκατάστασιν quæ refert τὰ ἡγούμενα antecedentia 2. διήγησιν sive expositionem ipsam τῶν πραχθέντων

θέντων eorum quæ gesta sunt: & 3. ἐπιδιήγησιν consequentium enumerationem.

*In contentione quis ordo argumentorum observandus est?*

Duplex alter α naturæ, alter β roboris in argumentando.

α Naturæ, quia e. g. quæ rationes probant voluntatem præmitit ijs, quæ potuisse aliquid fieri conficiunt, quod voluntas sit potestate prior.

β Roboris, quia ut bonus imperator leviorem arma turam in medio ponit: ita Orator argumenta infirmiora à fronte & tergo munit firmioribus.

Formulas refutationis instituendæ, vide apud Vernul. l. 1. 9. p. m. 31. claudendæ Philipp. 2. respondebis ad hæc, aut omninò hiscere audebis? geminæ sunt istæ, Audio, virtutem sapit hæc oratio, sed à veritate abest longius. His ego rationibus ita me opponam, ut olim Horatius ille libertatis Romanæ videx acerrimus, quem narrant interfectis in certamine fratribus, dispersos dissipatosque hostes tres omnes superasse, contra singulos ferocem, qui esset impar Universis. Item. Quibus argumentis sic suam causam agunt, ut amentatum mihi telum subministrent, quo illorum argumenta conficiam.

Formulæ elegantiores connectendi argumenta sunt hæ & similes. sit hoc inhumanitatis tuæ, stultitiam incredibilem videte. Plin. 2. 8. sed ad alia progredi festinat animus ib. n 47. multa incidamus oportet, ne serò nimis ad extrema veniamus ib. Sed hæc leviora fortasse, illud quæro, Phil. 3. 23. confer pro Sext. n. 7. & 13. & 115. pro Flacc. n. pro Cœl. n. 51.

*Quot sunt partes perorationis?*

Duæ potissimum, ἀνακεφαλαίωσις repetitio, sive ut exponit Fabius decursio per capita: & παθοποιία affectuum concitatio, ut aculeos oratio relinquat in auditorum animis.

For-

Formulas perorandi elegantiores iterum collegit Verulei. l. 1. c. 10. p. m. 36.

*Cur ad Orationis calcem adijci solet, τὸ Dixi?*

Id natum censemus è consuetudine oratorum Romanorum, qui non in causis omnibus aut actibus panegyricis, sed solùm in forensibus orationibus nec his omnibus sed postremis tantum, quæ proximè præcederent missionem in consilium (ut tradit Pollet. l. 1. hist. for. Rom. c. 12.) hac voce suum sermonem obsignare sunt soliti.

*Affer, ut dudum inter nos convenit, ex more Canones?*

I. De exordio α 1. Exordium esto, non vulgare sinq; medio positum, β est obreve, γ affectuum concitatione vegetum 2. adhibetor indirectum, in causâ δ turpi ε dubiâ, ζ humili, η obscurâ 3. θ captator benevolentia à personâ, si causa laboret, à causâ, si persona sit invidiosa.

II. De propositione & partitione 1. ι propositio nudè rem exponat non probet κ 2. partitio sit brevis, pauca, absoluta.

III. De narratione 1. narratio sit λ perspicua, μ verisimilis, ν brevis. 2. ο reijciat caput famæ seu narrationis in alios 3. π aliter formetur in genere demonstrativo quàm judiciali 4. ρ Epiphonemate suaviter claudatur.

IIII. De contentione σ 1. non accumulentur argumenta

θέτων eorum quæ gesta sunt: & 3. ἐπιδιήγησιν consequentium enumerationem.

*In contentione quis ordo argumentorum observandus est?*

Duplex alter α naturæ, alter β roboris in argumentando.

α Naturæ, quia e. g. quæ rationes probant voluntatem præmitit ijs, quæ potuisse aliquid fieri conficiunt, quod voluntas sit potestate prior.

β Roboris, quia ut bonus imperator leviorem arma turam in medio ponit: ita Orator argumenta infirmiora à fronte & tergo munit firmioribus.

Formulas refutationis instituendæ, vide apud Vernul. l. 1. 9. p. m. 31. claudendæ Philipp. 2. respondebis ad hæc, aut omninò hiscere audebis? geminæ sunt istæ, Audio, virtutem sapit hæc oratio, sed à veritate abest longius. His ego rationibus ita me opponam, ut olim Horatius ille libertatis Romanæ videx acerrimus, quem narrant interfectis in certamine fratribus, dispersos dissipatosque hostes tres omnes superasse, contra singulos ferocem, qui esset impar Universis. Item. Quibus argumentis sic suam causam agunt, ut amentatum mihi telum subministrent, quo illorum argument conficiam.

Formulæ elegantiores connectendi argumenta sunt hæ similes. sit hoc inhumanitatis tuæ, stultitiam incredibilem videte. Plin. 2. 8. sed ad alia progredi festinat animus ib. n 47 multa incidamus oportet, ne serò nimis ad extrema veniamus ib. Sed hæc leviora fortasse, illud quæro, Phil. 3. 23. conf. pro Sext. n. 7. & 15. & 115. pro Flacc. n. pro Cœl. n. 51.

*Quot sunt partes perorationis?*

Duæ potissimum, ἀνακεφαλαίωσις repetitio, sive ut exponit Fabius decursio per capita: & παθοποιΐα affectuum concitatio, ut aculeos oratio relinquat in auditorum animis.

For-

Formulas perorandi elegantiores iterum collegit Ver- lei. l. 1. c. 10. p. m. 36.

*Cur ad Orationis calcem adijci solet, τὸ Dixi?*

Id natum censemus è consuetudine oratorum omanorum, qui non in causis omnibus aut acti- us panegyricis, sed solùm in forensibus orationi- us nec his omnibus sed postremis tantum, quæ oximè præcederent missionem in consilium (ut adit Pollet. l. 1. hist. for. Rom. c. 12.) hac voce um sermonem obsignare sunt soliti.

*Affer, ut dudum inter nos convenit, ex more Canones?*

De exordio α 1. Exordium esto, non vulgare nq; medio positum, β est obreve, γ affectuum con- itatione vegetum 2. adhibetor indirectum, in cau- a δ turpi ε dubiâ, ζ humili, η obscurâ 3. ϑ captator enevolentia à personâ, si causa laboret, à causâ, si ersona sit invidiosa.

I. De propositione & partitione 1. ι propositio udè rem exponat non probet κ 2. partitio sit bre- is, pauca, absoluta.

II. De narratione 1. narratio sit λ perspicua, μ erisimilis, ν brevis. 2. ο reijciat caput famæ seu narrationis in alios 3. π aliter formetur in genere emonstrativo quàm judiciali 4. ς Epiphonemate uaviter claudatur.

II. De contentione σ 1. non accumulentur ar- gumenta

gumenta alia super alia, sed ornamenta inferantu 2. sequatur refutatio confirmationem, apud eum qui prior, dicit, præcedat apud alterum, qui posterior verba facit.

IV. Per-oratio tanquam regio affectuum, non frigeat. 2. τ per capita, quæ dicta prius sunt, ornatè repetantur.

α Tale est eorum, qui in sermone funebri perpetuò ordiuntur à moriendi necessitate omnibus hominibus impositā: eorū quoque, qui quavis in oratione ingenii tenuitatem deplorant. Tametsi tàm hi quàm illi Hermogenis se clypeo, qui est ὁμολογίας τῆς κοινότητος, tueri queant.

β Ne caput majus sit corpore; ne ad ejus finem face sit & viatico opus, ut joculò Plautus ludit. Verendum enim ne in ridendo ejusmodi Oratore salem consumat Diogenes aliquis, qui cum ad angustam aliquam civitatem & exiguam, amplum nimis atque latum conspexisset ab hominibus factum esse aditum, lepidè, ut solebat, ad incolas conversus dixisse fertur, custodite urbem ne per portam elabatur.

γ Id namque præcipuum Oratoris stratagema est, talem sibi parare auditorem initiò, qualem in toto orationis decursu esse velit.

δ Turpis causa dicitur, quæ ut παράδοξον ab omnibus deseritur, utpote si quis vel philosophiam cum Callicle in gorg. Plat. vel justitiam cum Thrasymacho insectari velit: aut contra laudibus ornare cum Isocrate Busiridem: cum Agrippino exilium: cum Phavorino quartanam febrim: Cum Synesio calvitiem: cum Pico Mirandul. barbariem: cum Pircheimero podagram: cum Erasmo moriam, maria scilicet malorum.

ε Dubia causa dicitur, quæ nec absurda omnino, nec prorsus probabilis, utrinque patronos invenit.

ζ Causa hnmilis est suscepta de re vili & abjecta. Quam ad classem referuntur musca Luciani, pulex Pselli, calculus Polycratis, lutum Majoragij, anser Scaligeri, Vmbra Douzæ, nux Ovidij, passer Catulli, Dioclis rapa. Dionis psittacus.

η Causa

η Causa obscura è medio philosophiæ contemplativæ tirco petita, captum vulgarium animorum transcendit.

ϑ Prudentiæ id oratoris permittitur.

ι Ne scilicet propositionis locum confirmatio occupet.

κ Totidem ad partitionis perfectionem Cicero requirit l. 1. de Inv. brevitatem in verbis: paucitatem in membris: & absolutionem in toto.

λ Vt sicut Sol in oculos, ita narratio in animos auditorum illabatur. Commendat Fabius in narratione ἐναργείας ὑποτυπώσεις, quæ rei non vestigia sed ipsa cubilia videnda propinant.

μ Veri similitudo obtinetur tùm ordine, tùm meliorum morum ostensione. *Ordine* quidem, quia cum temporis seriem sequimur, videmur litasse veritati: ab hâc abijsse, cum confusè omnia proponuntur. Id verò de narratione solutâ non ligata intellectum volumus. Nam hîc ordinis trajectio exemplo maximorum poetarum, summæ artis est. Postpositum videmus librum secundum Aeneidos primo; cum tamen si temporis rationem habere poëta voluisset, primum inteponere debuisset quà de re Taubm. in præf. l. 1. Aen. *Morum vero ostensione*, quia multum interest ad fidem è quâ manu pila sit projecta, & è quo tubulo fluxerit orationis ille torrens?

ν Brevitas, ob quam Menelaus ille ὁ πολύμυθος ab Homero laudatur, quod παῦρα μὲν ἀλλὰ λιγέως pauca sed acutè dixerit.

ο Quam rejectionem græci ἀναφορὰν δι' ἀσφάλειαν appellant. Defugiat igitur quantum potest auctoritatem, ne à auctore ista fama profecta videatur

π Cum de præteritis nulla suscipiatur deliberatio, ideò in genere deliberativo exiguus aut nullus narrationis usus est, In judiciali plurimus: nisi quòd tùm brevior sit magisque concisa, cum causæ obfutura videbitur. Demonstrativum denique genus intercisâ utitur inque singulas partes sectâ, rerum gestarum commemoratione.

ρ e. g. & quisquam sit, qui in casu infelicissimi hominis misericordiâ non tangatur? Sic postquam parabolam de divite

viteLuc. 12. commemoraſſet Servator noſter, v.21. elegant hoc epiphonemate narrationem claudit οὕτως ὁ θησαυρίζ ἑαυτῷ, μὴ εἰς θεὸν πλουτῶν.

σ Nihil fœdius quam accumulatio argumentorum, ſin ornamentorum & amplificationum intervallis; quæ id pr ſtant, in oratione, quod gemmæ in veſtitu.

τ Nihil iterum odioſius rectâ illâ repetitione, velut a ditorum memoriæ diffideremus. Suavius eſt figurari orati nem & affectibus permiſceri e, g. per præteritionem. Non iſ me Rhetorum illuſtrium conſuetudine remorabor, quâ cu orationem longam in auditorum ſilentio deduxerunt, no rurſus ſeu oratione ſeu repetitione audientium favorem ſuſt nent & attentionem defatigant. Quid enim repeterem, n hil eſſe in hac urbe pernicioſius auro? conarer denuò vob perſuadere nullum ab auro fructum, nullam eſſe oblectati nem? dubitare viderer de veſtrâ prudentiâ tacitoque conſe ſu, quem oratione totâ rationibus meis attuliſtis.

## CAPUT IX.

### De quarto perſuaſionis oratoriæ medio, Actione & Pronunciatione

*Quid eſt actio?*

a **Actio eſt vocis, corporis, geſtuum mod ratio cum venuſtate.**

α Cum vir è comâ, è voce Rhetor arguatur ut Philiſc Rhetor dicere eſt ſolitus: cum Senecâ teſte, Iul. Montan poeta, vi quædam Virgilio fuiſſet ſublaturus, ſi & vocem os & hypocriſin potuiſſet: cum legas non rarò orationes q non mireris, mireris autem ipſum oratorem eadem verba cientem: cum denique (ex Tulii ſententiâ) infantes etia actionis dignitate, eloquentiæ fructum retulerint, contra ſerti deformitate agendi, muti ac infantes putati fuerint: n ſatis itaque fuerit omnem eloquentiæ mundum expoſuiſ eandem verò elinguem exanimem deſeruiſſe.

*Quib*

*Quibus mediis perficitur actio?*

Tribus illis generalibus, α naturâ, β arte γ exercitatione.

α Naturam afferat ad scholas Rhetoricas, eloquentiæ studiosus necesse est, cum τὸ *Decere* arte doceri non possit.

β Artis aliquot observationes & regulas mox enumerabimus.

γ Exercitationibus naturæ non rarò pertinacia expugnatur. Frequentes igitur instituantur declamationes, & si per temporum injuriam fieri possit, comœdiæ theatrales, ut discat futurus orator frequentiam hominum sustinere: non ærendum semper, qui Catonis jocus est, in Isocraticis diatribis, quasi apud inferos demum reorum causæ essent perorandæ. Veteres suos habuerunt Phonascos & loquendi Magistros, qui inter alia, ne vox esset ἄπλαστος, liquidis usi sunt medicamentis, de quibus Pers. sat. 1.

*—liquando cum plasmate guttur mobile collueris*

Casaub. ad h. l. annotat è Synesio quosdam recitatores, auram follicantes popularem tragacantham edere solitos; alijs pone astitisse puerum, ampullam tenentem, ut raucescere incipientem sorbitiunculâ reficeret. Demosthenes pro phonasco cane dicitur usus & mari tempestuoso; illo, ut primam suæ artis literam pronunciare disceret; hoc, ut assuesceret contemnere fremitum insanæ hominum multitudinis

*Quæ sunt artis hujus præcepta seu Canones?*

Primùm de voce, quam 1. pro loci & rerum conditione oportet esse α temperatam 2. β claram, 3. suavem. Deindè de corpore & ejus singulis partibus, & partium gestibus δ 1. Caput & cervix recta sit ε 2. exporrecta frons ζ 3. oculi aperti η 4. buccæ rectè conformentur θ 5. brachia, humeri, manus modicè jactentur.

α Ne

α Ne orator noster in circis atque compitis hiscat, sonorus contra sit stentor in ædiculæ angustiis: sed ut, grandia cum majestate recitet, concitatè atrocia, alacriter læta, flebiliter tristia, per prosopopæiā proponēda voce fictâ, concisâ, quæ per ἀποσιώπησιν efferenda sunt. Sic & Musici choreas intendunt, cum acutas esse volunt, cum graves remittunt.

β Claram & articulatam, non tumultuariam atque turbidam. Esto igitur exordium sedatum, læduntur enim arteriæ clamore prius exasperatæ quam vocis lenitate permulsæ: Deinde intervallis longioribus sermo distinguatur: tum μονοτονίᾳ vitatâ vox varietur, ne quod cytharædo vitio datur, declamator chordâ semper oberret eâdem. Denique acutæ exclamationes & vociferationes intermittantur.

γ Svavitatem ex imitatione eorum, qui rosas loquuntur, discas licet.

δ Rectum sit caput non flexibile, quod eorum est, quos Pindarus εἰπλαυχένας nominasse fertur; sed nec rigidum & trunci instar immobile.

ε Frontem defecatam & superciliis remissam esse oportet, nisi affectuum concitandorum ratio rugas aut nubeculas poscat.

ζ Oculi animi indices sunt & proditores, aperti namque favorem significant, diducti fatuitatem, clausi odium, semiclausi adulationem & insidias, rigidi stuporem, torpentes segnitiem, vagi & natantes lasciviam.

η Buccæ demissæ nimis, desperationem, inflatæ fastum arguunt.

θ Humeri nec superbè eleventur, nec serviliter contrahantur.

ι Manus ut loquacissimæ sunt, & digitis constant linguosis, atque silentium edunt clamosum: Ita modicè jactandæ in vestibulo orationis parcius extendendæ, pectori admovendæ de se cum loquitur orator, ad alios dirigendæ, cum de aliis

## CAPUT. X.

### De V. & Ultimo eloquentiæ persuasivæ medio.

.MEMO

# MEMORIA

*Quid est memoria?*

Memoria est firma animi, rerum & verborum [di]spositionis perceptio.

*Quibus mediis memoriæ habitus acquiritur?*

Media illa sunt triplicia α Medica alia, β alia E[th]ica alia Rhetorica.

α Medica sunt, bona diæta, evacuatio humiditatum cere[br]i superfluarum; confortatio spirituum & similia, de quibus [me]dici viderint, Ego ἐν ἀλλοτρίῳ χόρῳ πόδα οὐ τίθημι,

β Ethicum medium est ἡ τὴν φρόνησιν σώζουσα temperan[tia].

*Quæ sunt media Rhetorica?*

Media Rhetorica sunt 1. locorum & imagi[nu]m conceptio 2. Imaginum ac notarum depictio [3.] artificiosa eorum quæ scripseris digestio ac di[sp]ositio 4. scriptio quæ legeris 5. repetitio per [su]rmurationem 6. noctis interpositio 7. auroræ [m]atutinæ electio 8. intellectio eorum quæ memo[ri]â velis sepire. 9. juge exercitium lectionis & me[di]tationis.

De his omnibus levi penicillo delineatis deque ipsâ me[mo]riæ naturâ copiosè ac illuminatè egimus, peculiari disser[tat]ione quam ad finem hujus compendii Rhetorici conjeci[m]us, legendam quibus ita videbitur.

*sequitur pars propria.*

## PARS PROPRIA.

[D]e quæstionibns & argumentis Rhetoricis ad certa causarum & dicendi genera restrictis.

# CAPUT I.

## De Generibus causarum generatim & genere de berativo speciatim.

*Quot sunt genera causarum Rhetorica?*

Genera causarum α tria sunt, deliberativum, d monstrativum & judiciale

α Frustra ternarium hunc numerum arrodunt, qui I. gustiam culpant. quod 1. ponendum aliquod causarum g nus sit, cujus finis sit τὸ ἡδὺ jucunditas, quo hoc unum a Orator, ut quemadmodum Aeolum Iuno, ipse volupt quadam animum auditoris perfundat. quod 2. Orationes ipsoCicerone reperiantur, utpoteCatilinariæ, quas ad null horum generum commodè referre possis. quod 3. locus n lus sit narrationibus, mandationibus, hortationibus, petiti nibus, consolationibus, gratulationibus, lamentationib gratiarum actionibus, meris argumentis certâ sede dign quod. 4. non constet, quorsum conciones è suggestu refe debeant. Qui II. in legem bonæ divisionis hunc ternariu impingere contendunt. Negant 1. enim judiciale genus e oppositum demonstrativo, cum justum contineatur sub h nesto, ut species sub genere. 2. causantur in his generibus mnia sic permixta esse, ut nulla facile dari possit accusatio defensio sine laude & vituperio: nulla suasio aut dissua sine defensione aut accusatione. Cæterum everti hæc ob cula facile possunt. Respondemus ad primi membri arg mentum primum: per τὸ ἡδὺ aut intelligitur voluptas ani honesta, aut belluina corporis. *si illa*, jam locum habet i honestate aut utilitate. Cur enim laudat orator nisi ut ditoris animum honestâ quadam delectatione quasi titill Cur quod utile est suadet, nisi ut è commoditate rei percep auditor etiam aliquam voluptatem hauriat, tanquam age promulsidem. *Si hæc* meritò negligit Orator, quia Zenon ex Aristippi legibus fingere, id sit gryphes equis jungere. 2. Catilinariæ Orationes sunt generis deliberativi omnes, futu

turæ spectant utilitatem: omnes ad Senatum & concionem populi directæ. Prima hortatur Catilinam ut urbe exeat, omnesque suorum flagitiorum populares secum educat: secunda & tertia suadent civibus, ut porrò lares suos defendant, custodiis muniant: ad 3. narrationes historicæ sunt facultatis non oratoriæ: mandationes oratorie tractari non solent, imperet enim lex non suadeat necesse est, Et plerumque, ut habet proverbium, herus suo servo fit monosyllabus: hortationes, petitiones, consolationes generis sunt deliberativi: gratulationes, lamentationes argumenta sunt παθητικά, nec facile justum aliquod orationis corpus conficiunt. Gratiarum actiones ijs locis nituntur quibus genus demonstrativum. ad Conciones Ecclesiasticæ deliberativi generis vel omnes sunt vel certè esse debent. Eum namque illæ finem habent, quem Universa Theologia, cujus est persuadere hominibus, relictis illis vanitatis mundanæ nucibus, τὰ ἄνω quærant, finem fidei salutem animorum consequantur. Atque ut architectus de ædificio & ejus naturâ, loco, materiâ, formâ, multa sæpe disserit, sed ut omnia ad praxin conferat: Ita de S. Trinitate sed ut adorandâ, de Angelis sed ut custodibus nostris &c. agit verbi divini præco.

Ad II. Membri rationem primam. Iustum quidem comprehenditur sub honesto, sed quatenus sub hoc compræhenditur non est generis judicialis. Nam in hoc justum esse est prædicatum quæstionis, in demonstrativo medius terminus. e.g. An Saguntinorum αὐτοχειρία & parricidium fuerit justum? quæstio est generis judicialis. Sed cum laudanda est spoliatio Aegyptiorum, ex eo quoque argumento, quia justa fuit, thema est generis demonstrativi. ad 2. concedimus in generibus causarum evenire quod in elementis, quæ pura nuspiam invenias, semper tamen est elementum aliquod excellens. Ita mixta invicem reperiuntur illa causarum genera, ita tamen ut unum semper præ alio emineat e. g. Oratio pro leg. Manil. ratione primarii scopi deliberativa est, quæritur enim an Pompejus, bello Mithridatico præficiendus? nihilo tamen minus in laudem Pompeij multa à Cicerone amplius dicuntur.

*Quomodo tria iſta genera inter ſe differunt?*

His potiſſimùm limitibus diſcrepant. Demo-ſtrativum genus verſatur circa auditorem nu- auſcultantem, circa rem præſentem, relatam honeſtatem, illuſtri dicendi genere & amplifica-onibus frequentibus exornatam. Deliberativu- ſenatum aut populum tractat, conſultat de re f- turâ, ſpectat utilitatem humili charactere conte-tum. Judiciale judicem appellat, rem præterita- ſeu defendit ſeu accuſat; collineat ad juſtitiam mediocri dicendi genere utitur.

*Quid eſt genus deliberativum?*

α Genus deliberativum eſt quæſtio ſuſcep- de rebus futuris à nobis gerendis.

α à nobis gerendis, quia quæ non ſunt ἐφ' ἡμῖν, in noſt- poteſtate, in conſultationem non cadunt. Neque enim qu- quam (Tullii verba ſunt in partitionibus) deliberat, qua- tione perpetuò victurus ſit, quoniam intelligit ſibi morie- neceſſitatem incumbere: neque quiſquam deliberat quo- do volare poſſit, ſcit enim ſibi alas non adeſſe.

*Quis eſt hujus generis finis?*

α Suaſio & diſſuaſio.

α Diverſa à perſuaſione omnibus generibus commu- alibi enim ſuadetur verum eſſe & juſtum quod aſſeritur: - facto opus eſſe quod argumentis docetur.

*Quibus mediis finem hunc aſſequitur?*

Argumentis ab α honeſto β utili, γ neceſſar- δ facili, ε jucundo.

α C

α Cum docetur rem gerendam fore gloriosam & ma-
gnam.

β Cum conficitur, bona præsentia conservatum, absentia
omparatum, mala impendentia propulsatum iri.

γ Cum res ita urgetur, ut nisi eam susceperimus, salvi esse
incolumes non possimus.

δ Cum ostenduntur ab Oratore auxilia, facultates agen-
i, modi, instrumenta locorum temporumque opportunita-
s.

ε Cum pollicetur is, qui causam dicit, plausus populi, ho-
ores, encomia & alia quæ voluptate quadam delinire homi-
es solent.

Formulas tractandi hæc hujusmodi argumenta videsis a-
ud Nic. Vernulei. l. 2. Rhet. c. 14. p. m. 79. exempla plu-
ula in Instit. Orat. Dn. D. Dieteric. c. 11.

## CAPUT II.

### De genere demonstrativo.

*Quid est genus demonstrativum?*

Genus α demonstrativum est quæstio suscepta
laudatione aut vituperatione β personarum fa-
orum & rerum.

α Demonstrativum, Fabio l. 3. c. 4. ostentativum, græcè
ιδεικτικὸν, ἐγκωμιαστικὸν & πανηγυρικὸν.

β Quorsum, inquies, laus bestiarum, plantarum, colo-
m & accidentium aliorum refertur? Respondeo verbis non
eis, sed Emporij Rhetoris, in fontes, cum scribit, gramina,
mina, herbas & armenta dicere, jucunda quidem sed pa-
m ampla materia est, & foro cui præparamur aliena. Addo
stiarum encomia ad personas pertinere; sunt enim quasi
rsonæ. Cæteræ substantiæ tàm animatæ quàm inanimatæ,
cidentia etiam solâ actione & passione exceptâ, in censum
rum referuntur. Ad facta autem pertinent non solùm quæ

 quis

quis gesserit, sed etiam quæ sustinuerit. In factorum eni classe est martyrium & similia.

*Vnde sua argumenta hoc genus causarum depromit?*

In genere, α ab honestate. In specie, in commendatione personarum, vel β ordine naturali, ab i quæ vitam γ antecesserunt, δ comitata, & ε consecuta sunt: vel ordine artificiali, ζ ab officio, η virtutibus, θ bonis, ι in commendatione rerum è su quoque locis quæ Rhetores annotarunt, κ in commendatione factorum, è locis generis deliberati

α Honestatem etiam res ratione destitutæ tùm habere dentur, cum honesto usui adhibentur, eâdem carere, cum a usibus contaminantur.

β Naturalis celebrandi series in tria orationem partit capita, in ea quæ vitam antecesserunt, quæ comitata quæ d nique consecuta sunt.

γ Antecedentia sunt 1. *auguria oracula, somnia* paren tum, quæ si auspicata sunt & eventu suo felicia orationis l minibus ornari debent. Talia fuerunt somnia Astyagis, ap Iustin. l. 1. Philippi Regis Maced. apud Curt. l. 1. Si infeli & scæva, eorum elevanda est & contemnenda superstit quòd ex eburneâ illâ inferorum portâ prodeant, & sedem o cupent prope ulmum (l. 6. Aen.) quod sicut hæc flores f multos, fructum nullum, ita & somnia aureos sæpe mon polliceantur, fidem raro liberent 2. *Patria*, quæ in majus c lebranda si clara, si bona: in lucem proferenda si obscura, infamis, dicendum non domo Dominum ornari, sed dom no domum: nunquam septem poëtas de unà urbe contend se, sed de uno poetâ (Homero) septem urbes, quarum su nomina

*Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ*

Dem

emocritum Abderitam ex se didicisse.

*magnos posse viros & magna exempla daturos*
*Vervecum in patriâ, crassoq; sub aëre nasci.*

*amilia* quæ si gloriosa contigit, iterum polienda est stylo, od, ut Arist. l. 5. polit. sit εἰκὸς βελτίους εἶναι τοὺς ἐκ βελτιόνων οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται, οὔτ' ὑάκινθος: ignobilis & obscura, monebit orator, è casâ quoque virum ire magnum posse ut loquitur Senec. ep. 7. 3. adducet exem- Davidis, Agatoclis Sicaniæ figulo de genitore sati.

Ad vitæ ipsius encomium pertinent 1. *sexus*, ubi magna icitas est virum esse natum. Si tamen inter mulieres ho- nem aliquem nasci natura voluit, commendandus erit à mæ venustate, pudicitiâ, modestiâ liberali operandi stu- , rei familiaris peritiâ, amore mariti, ab iis denique qui- s superasse sexum videtur. 2. *forma*. Commendatur autem ma nec habitior nimis aut corpulentior, nec juncea nimis macilenta, sed cum dignitate conjuncta. Monogrammi im mulieribus sunt similiores, ventricosi ad nullam rem onei. Deformitatem contra vel solabitur Orator exemplo icteti, quem Gell. 2. 18. scribit fuisse σώματι πηρὸν, ἀλλὰ φί- ἀθανάτοις. vel excusabit cum Ovid. l. 2. de arte

*Si pulchra est Veneri similis; si fusca Minervæ.*

*Bona animi*, in quibus primas habet ingenium. *Corporis*, o temperamenti conditio pertinet. *Fortunæ*, quæ si habue- (verba sunt Tullii l. 2. de orat.) bene, cum his usum; si non uerit, sapienter caruisse; si amiserit, moderatè tulisse. Fe- di hìc non sunt, qui docent vitia vicinis vitiis elevare, quod atorum est, qui dicere solent

*—gracilem, macieque male visa sua est,*
*atq; agilem quæcunque brevis, quæ turgida, plenam*

mper enim obrepere cogitationi Oratoris debet, virum se num esse, cujus non sit committere, ut vera rerum nomi- (quod jam olim contigisse Cato conquestus est) perdan- .

Ad consequentia pertinent, vel ea quæ mortem sunt co- tata, vel hanc secuta, ut ætas, verba novissima, mortis con- io, pompa funebris, monumenta ingeniorum, liberi, de-

creti honores, fama, testimonia. Quæ omnia amplificatio-bus & phaleris sermonis decoranda sunt.

ζ Ab officio relato ad certa capita, ut cum apud Plin. l. c. 27. Cato Censorinus laudatur, quod fuerit optimus Orator optimus Senator & optimus Imperator.

η Vt quando in Orat. pro lege Manil. Pompeij laude scientiâ militari, virtute, auctoritate, felicitate connuantu

ϑ è tribus scilicet illis bonis, animi corporis & fortunæ

ι Integros illos & illibatos reperies in oratoriis instituti-nibus Dn. D. Dieterici c. 10. quibus nos quod addamus m-lius non habemus.

κ Factorum commendatio non aliud habet artificiu quam quale est faciendorum. Quibus enim rationibus a hortatur orator ad faciendum, ijs posteà factum ipsum depr-dicat.

## CAPUT III.

### De genere judiciali.

*Quid est Genus judiciale?*

Genus judiciale est quæstio seu α status susce-ptus in accusationem aut defensionem rei.

α Quod in aliis causarum generibus quæstio est, id h status appellatur, sumtâ translatione à gladiatoribus: quia hoc orator quasi, ἵςαται nec vel vestigio cedit. Sunt aute status illi duplices, alii primarij, qui ex primâ accusatoris i-tentione & defensoris depulsione nascuntur: alii secunda & incidentes, & dicuntur κεφάλαια ειδικὰ Item κρινόμενα c. status primarius est, an Horatius jure interfecerit sororem Κρινόμενον, an jure possit occidi soror, quæ neglectis fratrib defleat cædem hostis?

*Quotuplex est status?*

Quadruplex 1. conjecturalis, qui quærit, an facta sit? 2. definitivus, quodnam sit facti perpet-tì nomen? 3. qualitatis, an jure factum? 4. quan-tatis, an facinus tantum sit, quantum habetur?

*Qui sunt loci argumentorum singulis in statibus?*

I. Loci status conjecturalis sunt tres, α facultas, β voluntas γ & signa, sub quibus testimonia compræhenduntur. Exempla hujus status sunt, an Achan commiserit sacrilegium? an Titius impræ-gnaverit virginem? an Roscius sit parricida?

α *Voluntas* cognoscitur è causis impulsivis & finalibus, in quibus occurrit Cassianum illud, cui bono?

β Facultatem produnt, vires, locus & tempus. Aeneas se excusat quod malo animo non appulerit, quia—non eâ vis animi nec tanta potentia victis.

γ Signa colliguntur cùm ex antecedentibus, ut minis & instrumentis in cæde: cùm comitantibus, utpote in eadem cæde, è sanguinis effusi notis & clamore occisi: tùm ex consequentibus, gladio sanguine conspersο, pallore, verbis tertiatis, fugâ.

II. Loci status definitivi sunt, α definitio, β proprietates, γ adjuncta. Exempla hujus status sunt, Détne Philippus insulam Halonesum an reddat? nam Philippus eam volebat Atheniensibus δοῦναι, at hi nolebant accipere, nisi fateretur, se ἀποδοῦναι. An qui vinum legarit hæredi, passum etiam legarit? An spolia Israelitarum Aegyto exeuntium fuerint furta? An Jul. Cæsaris occisio fuerit τυραννοκτονία? An Eunuchus deprænhensus in thalamo sit adulter?

α Ita ex definitione furti arguitur spolia Israelitarum non fuisse furta, quia non fuére contrectationes rei alienæ (sed justæ ipsis debitæ pro angariis mercedes) invito Domino (cùm Deo, qui in juris id eos transtulit. tùm Aegyptiis, qui donis eos honorarunt, tantùm ut celerius discederent, auctore Ioseph. l. 2. c. 5.)

β Sic ex proprietatibus vini rectè firmatur lex Vlpia ff. de trit. vin. & ol. leg. si quis vinum legaverit, omne id co tinetur, quod ex vineâ natum vinum permansit & passu Nec sequitur vini usu olim Romanis mulieribus fuisse inte dictum, passum verò concessum: Nam omni vino non fuis interdictum, sed solo gravi ἐυτόνῳ & ἀνδρείῳ testatur Casaub. 10. animadv. in Athenæ c. 11.

γ Vbi regula notanda, Adjuncta plura rem reddunt cre dibilem, singula parum probant.

III. Loci α status qualitatis β rationalis sun rationes vel γ per se firmæ, vel aliis δ assumtis fir matæ. Status ε legalis loci sunt 1. ζ ῥητὸν καὶ διάνοι 2. η συλλογισμὸς 3. θ ἀντινομίας conciliatio. ι 4. ambi guitatis discussio 5. κ μετάληψις translatio.

α Status qualitatis vulgò duplex statuitur πραγματικὸ negocialis, & δικαιολογικὸς juredicialis: sed quia ille judicat d re faciendâ & totus pertinet ad genus deliberativum, non es quod in eo multi simus.

β Rationalis dicitur quia rationibus utitur.

γ Status cujus rationes per se firmæ sunt, dicitur absolu tus, huc pertinet apologia illius pictoris apud Hermogene Rhetorem, qui accusatus ob naufragij picturam in littore su spensam, atque hinc impedita commercia, ex ipso naturæ se jure defendit, cujus præcepto pericula omnium hominum o culis subijcienda sint.

δ Status in quô defensio per se debilis probabili ration foris accersitâ juvatur, assumtivus à Rhetoribus nominatu. Vtitur ille vel 1. ἀντιστάσει *comparatione* cum ostendit orato alterutrum reo faciendum fuisse, vel e. g. defendere vitam suam alterum occidendo, vel ob monomachiam repulsam famæ jacturam facere. vel 2. ἀντεγκλήματι *dum in ipsam per sonam quæ malum est perpessa*, culpa transfertur. Sic Cicero tametsi revera Milo insidias struxerit Clodio, has à Clodio Mi loni structas deplorat, beneficium scilicet secutus non cau sam, ut de seipso testatur l. 9. ad att. ep. 6. vel 3. μεταστάσει *cum culpa transcribitur vel rei quæ in jus vocari nequit, ve persona*

*rsona qua malum ipsa non sustinuit*. Ita cum Turnus accu-
setur à Drance, quod ipsius causa tanta sit hominum facta
astitas, respondit eam esse belli conditionem, ut innocentes
nocentes juxtà cadant, &

*in tali tales captantur flumine pisces.*

el 4. συγγνώμη *concessione*, quæ constat 1. *purgatione* cum
uis negat se consultò aut dolo malo, sed aut necessitate coa-
um, aut casu inductum, aut imprudentiâ impulsum peccas-
e. g. non obij vadimonium, sed tempestatibus impeditus:
ulsavi meum contubernalem, sed in somno. 2. *deprecatione*,
uod argumentandi genus à Rhetoribus vocatur ἄχρωμον tan-
uam quod nullo colore pingatur, ut si quis ob præclara in
empub. merita, unum sibi crimen petat condonari.

1 Status legalis dicitur, quia legis aut scripti alicujus au-
oritate nititur.

ζ ῥητὸν καὶ διάνοια. in illo urget Orator literam: ad hanc
onfugit, cum literæ rigor videtur esse iniquior; & indicat
ὁποτε, ἐπὶ τίσι, διὰ τί? e. g. litera legis habet ut oculi læsio o-
uli læsione puniatur, dens dente, manus manu expietur;
ontingit autem ut lusco excutiatur alter, quem adhuc habet
culus: defensor pro se legis literam adducit, accusator διά-
νοιαν, & ostendit legem requirere omnimodam æqualitatem,
uæ nulla sit, si unus solum oculus excuciatur ei, quia alterum
mni visu privasset.

η συλλογισμὸς sive ratiocinatio, cum ex eo quod uspiam
t, ad id quod nusquam scriptum legitur, ducta rationis à pa-
, à majori, à minori, à contrario concludentis pervenitur. *à*
*ari*, ut lex est ne vulgò conceptus seu spurius ad honores li-
rarios admittatur: admitti vult lenonis filius, quem expres-
è lex nulla excludit. Excluditur tamen, quia & ipse

*lenonum puer est quocunque in fornice natus.* Iuv. sat. 3.
*majori*. Mercatori non est interdictus vestitus sericus (quod
agis erat probabile interdici ) Ergò nec Doctori. *a minori*
ic homo parricida est Ergò & fur. *a contrario* qui primus a-
endit muros præmio est afficiendus E. plectendus transfu-
a, qui primus in pedes se conjecit

θ Tales ἀντινομίαι sunt conciliationis indigæ. lex est in

V.T. de

V. T. de nullo faciendo opere die sabbathi: alia lex de dil
ctione proximi. ægrotat quis die sabbathi; eodem die medi
ei manus adhibetur, quæritur an medicus sit legis prævaric
tor? Sic lex esto. Virgo violata habeat jus eligendi aut mo
tem aut conjugium stupratoris. Finge hunc ipsum eode
tempore alij quoque stuprum intulisse, harum una vult
collocari in matrimonium, altera, uri virgis ferroque necar
Quid nunc facto opus?

*ι* Talis ambiguitas lucis indiga, in his est ll. ἑταῖρα χρ
σεια εἰ φορῇ οἴη δημοσια ἔσω: ἀυλητρὶς πεσοῦσα ἔσω δημοσία. Ἀ'λ
τρὶς vel ἀυλητρὶς.

*κ* Μετάληψις habet locum in constitutione judicij si
controversiâ de ipso judicio, cum quis vel talem judice
non agnoscit, vel negat ab hoc se accusari posse, vel hoc lo
aut tempore posse. e. g. pupillus accusat Tutorem, hic neg
à pupillo se accusari posse quod sit ei persona sancta. Ita A
dulterum Maritus ipso furtivi concubitus momento trucida
post aliquod tempus etiam Vxorem. Linea adversus occis
rem poscitur, hic negat se accusari posse, quòd lex permitta
& adulterum & adulteram jugulari. Actor contra, legem trans
fert ad tempus, neque concedit alio loco aut tempore alter
trum occidi posse, quàm quô sunt depræhensi.

IV. Status quantitatis tractatur iis locis, è qui
bus delicti magnitudo aut exiguitas agnoscitur
utpote *α* voluntatis προαιρέσει & 2. *β* circumstantia
rum accessu.

*α* Majus delictum est quod magis voluntarium. Magi
voluntarium quod 1. majori scientiâ factum, E. furta Lacedæ
moniorum hoc pejora fuerunt quò subtiliora. quod 2. mino
ri affectu. quod 3. majori voluntatis intensione & protension
perpetratur.

*β* Quô pertinet consideratio, loci, temporis, occasionis
instrumentorum, actus exterioris, eventus. Quæ omnia exem
plis disputata legas licet in auctar. nostro qq. moral. c. 3. q.
p. 586.

CAP

# CAPUT IV.

## De generibus seu characteribus dicendi

*Quot sunt genera seu characteres dicendi?*

**Genera dicendi tria sunt α illustre, humile β & mediocre.**

α *In illustri charactere.* 1. objectum sunt res ad genus causarum demonstrativum pertinentes. 2. Materia ex qua sunt entētiæ graves & exempla heroica. 3. Forma est elegantissima, uavissima, dignissima (his enim tribus partibus elegantiâ, ompositione & dignitate absolvitur elocutio) 4 Finis est oncitatio affectuum. 5. Exempla eorum quibus hoc genus amiliare fuit, sunt Moses (quam laudem ei pago deditus onginus Rhetor tribuit) Esaias, profanis Tullius in Senatu erorans. 6. Oppositum huic characteri vitium est orationis umor & Thrasonica quædam verborum & sesquipedalis jactantia.

II. β Humilis generis. 1. Objectum sunt argumenta, reum difficilium ac philosophicarum (cujusmodi sunt commentarii ac disputationes philosophicæ) epistolarum, comœiarum, historiarum. 2. Materia ex quâ sunt sententiæ acutæ sermo vulgaris. 3. Forma consistit in parvo vel nullo usu ompositionis aut dignitatis oratoriæ. 4. Finis est docere. 5. xempla eorum, qui hoc in genere quasi fuerunt domi, sunt . Apostolus Paulus, ut testatur ipse. 1. Cor. 2. 4. Menelaus, eneca, Demosthenes. 6. Oppositum vitium orationis est junitas; nimiaque ariditas.

III γ Mediocris generis indoles media est nam. 1. ratione objecti exprimit ea, quæ simplici veritatis pronunciatione unt contenta, & medio modo se habent, ut sunt res generis eliberativi, 2. ratione materiæ ex quâ non assequitur acumen eneris humilis neque vim aut copiam illustris. 3. ratione formæ, lumina ac schemata adhibet crebrius quâm humile, vecundius quâm grande. 4. Exemplum præbuisse creditur Nestor.

stor. 5. Finis conciliatio est. 6. oppositum denique vitium i certitudo est, quæ in ejusmodi oratione conspicitur, de q ceu pallio mendici ex diversis pannis consuto judicare n possis, grandis sit an humilis? sed quæ inæquali saltu nunc p tesqua ruat, nunc placido fluat murmure.

*Quem habes de generibus dicendi Canonem?*

Pro rerum genio, etiam dicendi character co formandus est. Ita etiam Musici pro rerum cane darum indole diversos adhibent Tonos. Ne stillicidiis amplissimo sermone dicas, de heroic humili: ne, ut habet proverbium, calceos Sicy nios Socrati aptes.

## CAPUT V.

De vitiis corruptionibus ac impedimentis elo quentiæ.

*Quot sunt vitia eloquentiæ opposita?*

α Totidem, quod ipsius eloquentiæ media sun & virtutes.

α Veltkirch. comm. ad l. 1. de cop. verb. Erasm. c. 8. a tria capita omnia illa vitia retulit, ad barbarum, obscurum inornatum. Res ipsa tamen declarat multò esse plura.

*Quæ sunt vitia elocutionem fœdantia?*

Vitia elocutionis præcipua sunt æ. impuritas improprietas, obscuritas, inconcinnitas, ἀταξία ἀσχηματιστόν. Eminent vero β solœcismus γ barba rismus δ βαττολογία, ε ταπείνωσις, ζ miscella, η nimi prolixitas.

α Harum singularum fœditas ex oppositis elocutionis vi rutibus facile agnoscitur, de quibus supra part. 1. c. 2.

ζ Gal

ζ Galenus fertur sex libros edidisse contra eos qui castigarent τὺς σολοικίσαντας τῆ φωνῆ: quod præstet τῆ φωνῆ σολοικίζειν ἢ τῷ βίῳ. Non igitur morborum aliàs scientissimus hunc morbum agnovit, sed tibicinem eidem substravit. Zenonem stoicum accepimus dicere solitum, orationem ἀσόλοικον similem sibi videri argento Alexandrino scitè quidem percusso, sed nihilo ob hanc rem meliori: orationem verò neglectam & incomtam comparare se atticis tetradrachmis, percussis quidem nequaquam accuratè, pondere autem præstantioribus. Cæterùm prius illud Galeni effatum ὐκ ἐστιν ὑγιὲς: posterius simile non est. Vtut enim præstet oratione solœcismum committere quam vitâ, inde tamen nondum conficitur solœcismis orationes esse contaminandas. Vtrumque enim malum, & vitâ & oratione peccare, licet hoc minus sit. Præstat equidem furari quàm latrocinari, pergræcari quàm scortari Neutrum bonum. Zenonis similitudo est dissimilis. Siquidem oratio est nota rei & sententiæ, non qualis est imago expressa numi, sed qualis est sapor cibi. Vt hic cum insulsus est, fastidio damnatur, ita sententia quæ solœcismo scatet. Derivatur solœcismus ratione originis à Σόλοις Ciciliæ & Cypri urbe, cujus Incolæ τὴν εὐγενῆ ἀττικὴν γλῶτταν παρεκόπησαν ἐξηγροικίσθησαν, διὰ τὸν ἐν σόλοις οἰκισμὸν, teste Eustath. Latinè ab Asinio Capitone, ut auctor est Gell. l.5.22. imparilitas, ab aliis, stribiligo sermonis appellatur. Ratione ὁμωνυμίας solœcismus 1. pro quovis vitio etiam in gestibus accipitur, hinc Polemon apud Cœl. Rhodig. invehitur in actorem insulsum, qui cum Iovem nominasset, in terram; cum terram in cœlum manum porrexit, ὗτος, inquiens, τῆ χειρὶ ἐσολοίκισε. 2. pro quavis orationis ἀνακολουθίᾳ & inordinatione Sic solœcismus esse dicitur l.4.ad Herenn. cum verbis pluribus consequens verbum superiori non accomodatur 3. speciatim pro quovis vitio, quô manes prisciani affliguntur.

γ Barbarismus Fabio l. 1. c. 7. triplex est ex intellectu autoris, ex animo dicentis, ex pronunciandi difficultate. vide de Interpr. part. 1. sect. 2. art. 8. §. 45.

δ Vide Voss. l. 5. c. 2 p. m. 711.

ε Cum de re excellenti humiliter dicitur, & contra de stilidiis amplissimo sermone.

ζ Cum

ζ Cum oratio non fluit, sed per saturam collecta, per t… qua salit non perpetuo labitur cursu, sed nunc illustri dicen… genere turget: mox ad humile deprimitur: nunc græca mi… latinis, nunc poëtica solutis, similis sibi nusquam est.

η Prolixitatem nimiam omnibus audientibus insita na… sea damnat.

*Inventioni quæ obstant?*

Generatim α omnia illa vitia quibus è locis in… ventionis male concluditur. Speciatim β ἀπάθε… & γ argumentationis evidentia.

α Quibus igitur rationibus male è loco oppositorum, t… stimoniorum &c. concludi in dialecticis monuimus, ijs Or… tor quoque vitiosè rem probat.

β ἀπάθεια est ejusmodi orationis jejunitas seu torpo… quo nulli affectus commoventur, sed tanquam in disputat… riâ, argumenta probantia probantibus perpetuò nectuntu… sine affectuum intervallo.

γ Oratoris est artem premere, nec dialecticorum mor… expressos afferre syllogismos, utpote qui coràm populo, v… ejusmodi auditorio sententiam dicat, ubi syllogistica form… nausea est.

*Collocationem quæ turbant?*

Collocationem turbat ἀταξία & neglectus illo… rum canonum quos in parte 1. c. 8. tradidimus.

*Quæ actio & pronunciatio in vitio est?*

Pronunciationis vitia sunt, vox α obtusa nimi… β blæsa, γ præcipitata, δ tardiloqua, ε unisona, … affectata, η clamosa. Actionem deformant. 1. … caput superbius erectum, & demissius d… jectum 2. ι circulatoria manuum gesticulati…

pedu…

pedum crebra commutatio, supplosio, divaricatio cursitatio λ 3. indecens gestuum adhibitio.

α Eam græci μέλαιναν, χοινίην (ἀπὸ τοῦ χοινίζειν instar junci flectere) Latini fuscam, sucrotilam vocant.

β Ad quam etiam balbutiens refertur.

γ Philosophi namque ut vita ita oratio debet esse composita. Hinc Cicero ipse gradarius fuit. Senec ep. 40.

δ Illa syrtis cavenda, cavenda hæc quoque charybdis, quæ omnem auditorum gratiam suâ tarditate perdit.

ε Varianda igitur vox. Nam quod in fidibus, in Musicâ, id in oratione quoque male sonat.

ζ Superbiæ suspicionem incurrit, qui naturæ suæ hostis, aliter eam loqui docet.

η Absit igitur ab oratore Stentóreus, Corybanticus & inconditus clamor, quanquã lateribus & voce contendendũ sit.

θ Quod eorum est qui (ut habet Epicteti jocus apud Arrian. l. 1, 21.) stant tanquam veru deglutissent. Contrarium vitium eorum est, qui nimis solo caput, subrustico quodam pudore defigunt.

ι Concionatoribus in papatu id solenne est, nobis neutiquam imitandum.

κ Flav. Virginius, cum ejus adversarius multùm discurrisset, venustè interrogavit, quot millia passuum declamasset?

λ Vt ille, qui Iovem cum nominaret terram, terram cum cœlum deberet, digitis designavit.

*Qui morbus memoriæ est oppositus?*

Memoriæ oblivio opponitur orta vel è cerebri læsione, vel externorum objectorum obstaculis, vel intemperantiâ, vel exercitij intermissione. De quibus infra in pecul. tract. de memoriâ.

*Quibus mediis aut remediis hæc vitia seu caventur seu corriguntur?*

Duobus illis generalibus, diligenti canonum in

primâ parte propositorum observatione, & incl-
natione in contrarium.

## CAPUT VI.

De Usu & praxi Rhetoricâ. 1. de analysi Rheto-
ricâ.

*Usus totius Rhetoricæ quibus in rebus consistit?*

In tribus, ἀναλύσει μιμήσει ϗ συνθέσει, resolutio-
ne, imitatione & compositione.

*Quid in resolutione orationis oratoriæ faciendum?*

Argumentum orationis primùm delineandu[m].
2. grammaticè & criticè explicanda verba sun[t]
difficiliora, permixtâ historicâ rerum occurentiu[m]
enarratione. 3. juxta tria prima media seu parte[s]
officij oratorij tota orationis tela retexenda es[t]
nam actio & memoria in oratione scriptâ reso-
vendâ examinari non possunt. 4. phrases, & for-
mulæ elegantiores suos in locos digerendæ sunt.
denique paraphrasi quadam totus textus illustran-
dus est. Id quod exemplis quàm præceptis malu-
mus disputari.

*Cedò aliquod illustre resolutionis oratoriæ exemplum?*

Exemplum esto brevissima illa oratio, quæ e[st]
inter Tullianas XXVII. & oratio, ad Quirit[es]
post reditum inscribitur.

ARGU

## ARGUMENTUM.

icero *cum suspectus* esset suæ Vxori Terentiæ de nuptiis oris Clodij, eximere *suspicionem studuit*, adeoque Clo-m quo familiariter alias utebatur, cum accusaretur ille de entato stupro Vxoris Cæsaris, & *profanatis sacris* Bonæ æ, prodidit, contraque eundem testimonium dixit, hinc idiam sibi conflavit extremam, & cum Tribunitij honores Clodium devolverentur ab hoc exilio fuit addictus. Sed indignitate motus Pompejus, pulso Clodio, ad suffragia esvocavit, ubi senatus decrevit ut gratiæ agerentur urbi-, quæ in exilio Ciceronem fovissent: utq; villæ ejus & do-s, quæ Clodius perdiderat, publicis sumtibus restauraren-. Itaque rediit Cicero decimo sexto quàm fugerat mense nto autem gaudio civitates, tanto studio homines obviam ntederunt, ut humeris Italiæ reportatum seipsum Cicero marit. Atque hinc sumtâ occasione hâc nostrâ oratione uò Senatum ivit salutatum, gratulatus est Diis & gratias pro Civium desiderio.

## CRISIS.

ominamur Ciceronis stylo convenientius esse, si n. 5. pro nibus divinis muneribus, legeretur, omnibus donis ac mu-ibus, ne duo adjectiva contra decorum uni substantivo ad-eant n. 15. pro quibus potuit verbis amplissimis, substitue-quàm potuit verbis amplissimis, cum superlativis enim uam etiam alibi Cicero frequenter construit n. 20. pro ate poneretur ex aliorum lectione, lenitate, hæc enim ar-Marii rectius, quàm pietas opponitur. ille denique locus . videtur crucem figere Criticis, quando alij sic legunt. ue in officio persolvendo dissimilis est ratio & pecuniâ tâ, alij, pecuniæ debitæ. Sed quia prior lectio si cõstructio-spectes est aptior, si sensum apertior, si συνήθειαν τῦ γρά-φ probabilior est, ideò eam ante ferendam posteriori mus.

## HISTORIA.

ibunal *Aurelianum* ab Aurelio, n. 13. Viro consulari de-

 nominatum,

nominatum, à quo via tendebat Maritima Tusciæ Pisas v-
sus, in quam posteà conditi fuerunt horti Galbæ Imp. ub
ipse sepultus fuit. teste Martiano in Topograph. Vrbis R
mæ l. 5. c. ult.

*Pro me præsente, senatus hominumq; præterea vigi milla vestem mutarunt* n. 8. Hanc senatus συμπάθειαν verbis describit Plutarch. in vitâ Ciceronis p. 48. Enim v Ciceroni primum universus fere equestris ordo, vestem mutans & haut pauciores viginti millibus juvenes promi crinibus ei in deprecando aderant.

*Duo consules emti pactione provinciarum* n. 13. Pison intelligit & Gabinum, quorum illi Macedoniam huic Syri decrevit, ut Ciceronem prosequerentur, teste Plutarch. in v Ciceronis.

*Cum omnes reconciliationes græcorum meo sangu sancirentur* n. 15. sensus hic est subobscurus, sed luce eum nabimus, E sacrâ scripturâ constat fuso sanguine pacta fu fœdera. Quid enim erat circumcisio, agnus paschalis, sang in cruce effusus, in S. Cæna propinatus discipulis, nisi signi fœderis quod Deus cum Ecclesia suâ pepigerat? vide sis Ex 24. 6. & 8. Hunc ritum ut multos alios similes Ecclesiæ, ca gentilitas, quoque suis in fœderibus & pactionibus expre hinc apud Virg. l. 9. Aeneid

*—— cæsâ jungebant fœdera porcâ.*

Et Catilina sanguine potato, mixto vino socios sibi ce cramento astringit, teste Sallustio in ejus vità. Conque igitur Tullius tùm hoc in loco, tum in Pisonianâ n. 28. sanguine reconciliationes gratiarum initas & fœdera prov ciarum facta esse à Clodio, Pisone & Gabinio, h. e. Cicero exilium fuisse quasi sanguinem illum porcinum sine quo ri confœderatio non poterat.

## *Analysis λέξεως sive elocutionis.*

Primum proprietas loquendi elegans in his seu vocibus formulis conspicitur. 1. *Misera profectio* n. 1. negat enim paradoxis se proprè fuisse exulem, ideò lenissimâ voce ut atq; profectionem sed miseram appellat.

2. Sig

Significantia sunt verba n. 9. *adjutores autores, hortatoresq;*

Senatus *flagitavit* : n.10. id est quasi flagris compulit ad vota colligenda ac suffragia : ne videretur segnius causam Ciceronis egisse senatus.

Non rogavit solùm sed etiam *obsecravit* n. 16.

*Mercatores provinciarum.*

Deprændimus deinde hîc quoque 1. elegantem συζυγίαν. quæ en. est causa quod non ita orationem fuerit exorsus. quod *optavi à Iove Opt: Maximo*? *nisi* quia multiplex vobis repetitio horrida minimeque suavis ei fuerit visa. Totam orationem percurrere non possumus, unum exemplum sufficit diligenti auditori. 2. Τάξιν. Nam cur Iovem optimum maximum præponit Diis immortalibus? quia ille natura prior creditus fuit Divum hominumque Pater. 4. *numerum*, quem si non attendisset orator, num repetiisset τὸ Quirites in fine periodi? num Bacchio hoc pausam spiritui dedisset? non opinor. omnes referant finem hujus periodi ad auris judicium & dicant annon suavius sonet ista repetitio, quam si usque eâ desijsset *in maximè lætor*. 4. Periodum denique quod attinet, est hic non ἰσόγονον πνεῦμα sed altissimè procediens τάσις, & hæc quidem versa rotunda ac mobilis, constans ex προτάσει, usq; ad verba desideriumque teneret, ἀποδόσει βραχυκώλῳ à verbis, ejus devotionis &c.

Tropi, in hac oratione occurrunt illustriores hi I. *Metaphora, concipere* odium n. 1. fortuna quæ est secundo vitæ CVRSV n. 2. *calamitatem* n. 6. fœdere *irretiti* n. 11. & ib. *verba* Respub. II. *Allegoria corporibus* civium *trucidatis flumine sanguinis meum reditum intercludendum putaverunt* num. 14. *dubitarem, quin is me confectum consularibus vulneribus consulari medicinâ ad* salutem *reduceret*. n. 15. *Pompeius suam classem attentatam magno cum suo periculo fecit*. n. 17. III. *Metonymia Italiæ, pro Italis. lacrymæ* n. 5. sordes *lugubres* n. 7. signum pro signato. IV. *Hyperbole* beneficio *divino immortaliq; vestro* nu. 1. *nihil fuit* cuiquam *unquam jucundius quam mihi meus* frater n. 3.

Figuræ potiores hæ sunt 1. *Apostrophe* Quirites n. 1! *paronomasia*

*nomasia* gessissem suscepissem n. 1. carendo magis quàm fr endo n. 3 calamitatem dignitatem n. 6. Epanalepsis, Qui tes, Quirites n. 1 ἀντίθεσις cum fruebar cum carebam n. 3. siderata percepta n. 4. singulos universos n. 5. detraxisse auxi n. 6. Epanodos, me illi & mihi eũ reddidistis n. . Συνάθροισμ amicitiæ consuetudines n. 3. Exclamatio Dij Immortale 4. Ερώτησις Quæ species Italiæ? n. 4. Quorsum igitur hæ sputatio? n. 5. At me in patriam &c. n. 10. Ergasia cum hyp typosi, Ego autem in quâ civitate &c. n. 14. sententiæ Qu dulcius hominum generi à naturâ datum &c. n. 2. caren magis quàm fruendo &c. n. 3. Ipsa autem patria &c. n. 4. p fidos ulciscimur nihil credendo atque omnia cavendo n. Vlciscendæ injuriæ &c. n. 22. non est æquum tempore & beneficij memoriam definire n. 23.

Αναλυσις τακτικὴ.

Exordij tela incipit n. : & desinit in n. 5. sic ea omnia & Materia illius est affectus sui gaudii videlicet ob recuperat pristinam dignitatem è quâ nuper exciderat, commotio, n. unà cum adjunctâ gaudij istius causâ n. 2. amplificatâ p gnomas ib. brevissimâ enumeratione beneficiorum n. 3. terrogationes num 4. similitudinem ib.

Forma directa est, non en. opus erat insinuatione ei, cu gratiosa erat præsentia, gratiosior oratio Vnde néc ei be volentiæ captatione erat opus, quia apud eos dicebat, qui timè nostro Oratori cupiebant.

Narratio deinde, quod in panegyricis fieri solet, non est parata vel ut loquitur Arist. ἐφεξῆς. sed ceu sanguis in om Orationis venas diffusa. Propositionem complectitur n. usq; ad verba A' parentibus &c. In quibus incipit confirmat Peroratio n. 25. vix octo lineolas complet, ejus virtus est p cipua, brevitas. constat tamen 1. summariâ gratitudinis repetitione, & ad majorem gratiam invitatione dum num honorem vimque Deorum immortalium Senatui Rom. buit.

Αναλυσις ἐυρετικὴ.

. Celebratur hâc in oratione in genere demonstrativo c

cep

ceptâ & in cœlum usque tollitur beneficium suæ restitutionis 1. ex *comparatis*, quando comparat cum hoc suo beneficia parentum n. 5. & Deorum immortalium ib. exempla itidem aliorum qui in patriam extorres prius redierunt n. 6. 2. *commendatione* eorum quorum auxilio in pristinum statum fuerat assertus. Pisonis videlicet & Fratris, viginti millium qui vestem mutaverunt n. 7. totius non modo senatus n. 10. sed Italiæ ib. 3. *narratione* & commemoratione consiliorum esse habitorum n. 11. & 12. 4. *ab adjuncto suæ restitutionis luctu*, quod videlicet ipsa Respub. à Clodio pessum data, cumque Cicerone exulare jussa eum quasi comitata fuerit n. .& 14. non autem solùm Respublica, sed quod etiam Dij isi fuerint in ejus reditum conspirasse, frugis ubertate, copiâ, ilitate n. 18. 5. *speciali deprædicatione* fidei Cn. Pompeij, ejusdem etiam orationis pro salute Tullij habita recitatione n. 16. testimonij Servilij atque Gellij n. 17.

Hactenus beneficij exaggeratio. Sequitur *gratitudinis promissio* n. 18. & n. 19. præoccupatio aliqua, cum en. objici Ciceroni posset, non se præstiturum id esse, quod receperat, iia verendum sit, ne vel ætate senili vel affectu odii accensus, animum à publicâ salute avertat, ideò à se suspicionem amovet 1. è placitis philosophiæ stoicæ, quæ affectus in Viro bono non temperat sed tollit, quæ adversitates omnes Vulcanio quodam scuto jubet excipere, & alia de quibus in suis paradoxis idem Cicero multus est. Rem autem omnem probat 2. exemplo Caij Marij n. 19. 3. à Magnanimitatis proprio, ultum ise esse inimicos, non autem ut imbelles solent, odio ac Reipub. eversione sed modis aliis homine generoso digniori- s quorum quatuor exponit n. 21. 22. 23. 24. usque ad 25.

## *Phrasium & formularum loquendi annotatio*

Bonum privatum. Rationes suas saluti publicæ anteferre gennützig seyn.

Moderatio affectus odium conceptum continere. Vel o- m difficultate ulciscendi tenere etwas in sich fressen.

3. Amor. memoriâ ac desiderio alicujus teneri. 4. Convictu devotionis. h. e, obligatus ad devotionem sicut voti damnatus, cælibatus ein Münch: sic in jure (ut annotat Servius, cum dicitur damnas esto, idem dicitur quod teneris, e. g. dare, reficere, restituere damnas esto id est teneatur.
4. Fortuna prospera æquabilis perpetuaque fortuna secundo vitæ sine ullâ offensione cursu. contra subire fortunam su virtute indignam.
5. Laudare, ornare beneficium oratione, carmine, alicuju dignitatem verbis amplissimis ornare.
6. Superlativæ formulæ, quibus ego omnibus sic fruebar u nemo magis. Vir omnium qui sunt, fuerunt, erunt, virtute a gloriâ princeps.
7. Exorare. A Deo optata consequi
8. Narrare, complectari aliquid oratione
9. Tacere. tectis aliquid atque tenebris continere.
10. Occasio. Cum primum licuit. so offt es hat die Ge legenh[...] geben.
11. Rabulæ. qui ad perniciem hominum vocem suam præbent. sic mulier quæ se facile præbet, id est scortum.
12. Infamis. qui spiritu duntaxat vivit, re infra omnes mortales mandatus, id est, civiliter mortuus.
13. Patronus. Qui causam capitis recipit, qui apud me D immortalis vim ac numen tenet den ich für ein Abgo halt.
14. Præcipue. Nihil humanarum rerum prius habere a antiquius.
15: Corrumpere. Consul emtus, Iudices emti. qui cum cu stodes esse debebant Reipub. ejus salutem vendunt.
16. Adhortari ad aliquid. Auctorem se alicui præbere.
17. Proditio. Omnia fœdera alicujus sanguine sancire. sic dic re possesHerodem & Pilatum fœdus sanguine Christi sanxiss
18. Vtile. Causa hæc cum communi salute est conjuncta, ist viel dran gelegen.
19. Subditus obediens. apud quem Numen Imperatoris que grave est ac Dei immortalis. Contra Rebellis, dicitur sc ptro gravis.

Magnanimus. qui est animo non infracto sed confirma-

Infelix. cui fatali quadam necessitate cum ipsâ fortunâ
[d]ligerandum est der auff keinen grünen Zweyg kan
[ko]mmen.

Navigare. naviculâ trajici

Nolo. Non committam ut hoc faciam. Non commit-
[ta]m ut te oblivio ex albo amicorum meorum deleat.

## *Observatio de phrasium collectione & Locis communibus.*

Hanc eloquentiæ studioso summopere necessariam, confi-
[rmat]ur 1. è styli *ratione*, cuius optimus magister consuetudo
[es]t, hausta è bonis & classicis auctoribus. 2. *memoria humana
[co]nditione* quæ nulla tàm vasta est (verba sunt Lips. ep. 61.
[ce]nt. miscell.) tàm capax tamque tenax, ut varia cum fide
[co]nservet, & reddat universa 3. *tautologia fugienda necessita-*
[te]. Oratori non ut Cuculo eadem cantilena recantanda sem-
[pe]r sed variandus est stylus. Cæterùm unde variabis, nisi è
[co]mmuni aliquo verborum promptuario? 4 ex delectus ha-
[be]ndi ratione. *Delectus verborum imprimis necessarius est:
[qui v]erò haberi non potest, non magis quam militum, nisi ante
[coa]ctis in unum locum, quasi militum, sic verborum copiis.*
[St]urm. de amiss. dic. rat. l. 1. c. 9.

De modo conficiendi locos communes quædam præcepta
[p]onenda sunt, non quod ea omnibus obtrusum velimus, sed
[qu]ia proprio experimento didicimus, in hâc re profectum
[no]n pœnitendum.

## *Præcepta de locorum phraseologicorum compositione.*

Sunt omninò certi loci phraseologici habendi. Quemad-
[m]odum rerum certi constituuntur communesque loci: sic
[ve]rborum etiam genera & sententiarum formæ, ad certos or-
[di]nes reduci possunt. Sturm. l. cit. c. 10.

Illi loci ratione quantitatis nec magni nimis sint, vix à ro-

busto corbulone gestandi, nec chartarum parci nimis, ne nimiò vacuæ chartæ sit relinquendum. Vt enim collecto sedulitatem testantur paginæ completæ: ita diligentiam moratur videre puteos sine aquâ, dolia sine vino, sine bus hortos, loculos absque pecuniâ.

3. Secentur cōfecti loci secundum ordinem alphabetic omissis literis vel non latinis, vel non ex usu futuris, K, X, Y, Z, ab hâc enim sectione longius abest superstitio.

4. Secti Loci intervallis ac paginis, 8, 9, 10, aut pluribus stinguantur pro ratione literæ plus minusvè capturæ. sic ca ciores literæ sunt, A, C, D, I, P, R, S, V. minus capaces B, E G, H, L, M, N, O, T.

5. Locis sectis rubricæ seu tituli inscribantur, non ante dentes lectionem, cum secus verendum sit, ne multos sis surus sulcos steriles, sed è lectione nati.

6. Ad eam alphabeti literam reducatur phrasis, à quâ ph sens formale incipit. hic utilis est dialectica, ait Sturm. l. c. 11 Communia separentur ab angustioribus, l cit. c. 12. Cu rei ratio petitur ab ipsâ intellectus humani naturâ. Duo en sint in quâvis phrasi, unum formale commune multis, al rum materiale determinatum scilicet ad certum subiectu e. g. apud Cic. l. 2. ep. f. 13. *Veternus civitatis* integra phrasis, materiale civitas, formale pigritia, quæ per veterni significatur. Ita in Plauti pœn. act. 3 sc. 2. legimus conic aurum, id est falsum, materiale aurum est, formale falsi Illa prior phrasis ad rubricam Ignaviæ, altera, ad Falsitat ferenda est. Cum finis locorum communium sit præ subsidium memoriæ, in illum locum formale conjiciend fuerit, unde promtius occursurum videbitur. Cum aut forma se intellectui prius semper offerat quàm materia (q enim cum domum contemplatur, non illicô fertur ad form domus materiâ nondum pensitatâ?) ideò memoria tùm ctè juvabitur, cum formale phraseos, aptè locabitur, mat sponte & ultrò secuturâ. Confirmatur idem præceptu nomine Locorum communium. Communes esse debent bricæ plurimis materiis, non astrictæ ad unam. Cum aut in hâc phrasi veternus civitatis, ignavia longè communior

civita

ritate, ad ignaviam reducenda erit. Dicere enim licebit ternus pietatis, veternus patriæ, veternus ocij.

Absit à titulis superstitio. Et si res ita flagitat, vel in finem corum promiscui tituli conjiciantur, nullo certæ literæ charactere insigniti, vel barbaris nominibus signentur: maximè, m barbara latinitas semper nobis occurrat expeditius, quàm sta illa ac Romana.

Styli inter se discernantur, phrasis poetica adjectione literæ P. Oratoria O, historica H. ne quæ inter se admodum nt dissimilia, commisceantur.

Locos sibi ipsi discipuli conficere debent, proprio Marte, ile est, inquit Sturmius c. 1, juventutem in his ipsis exerce- & sibi locos facere, eosque legendo dissolvendo, distingu- do, conquirendo implere. Hoc enim modo fit, ut & au- or ipse, qui legitur, intelligatur melius & verborum vis & nificationes verè percipiantur, & memoria augeatur & re- ntegretur, & sermo ipse quotidianus & latinus excolatur, n temerè ut nunc fit, sed illâ vetustâ latinorum consuetu- ne. non temerè ait Sturmius, ut scilicet locutionis nostræ ddere rationem possimus. Quid est, ait Cicero Philipp. 3. 22. *facere contumeliam. Quis sic loquitur?* quasi virgulam hibeat, & dicat: hæc phrasis non est latina, capite & aucto- caret. sunt quidem collectanea phraseologica in mundo. d si Persis olim dedecori datum, ferinam carnem convivis pposuisse, quam ipse convivij Magister in propriò fundo ac u manu suâ non confecisset, quidni Viro docto turpe sup- are ab ejusmodi phraseologicis collectaneis?

In selectione phrasium & conjectione suos in locos præ- ua Magistri opera est, ut suo in grege nidoque omnia re- nantur. *Quoniam locus unus*, scribit iterum Sturmius, *ex us illis receptaculis multiplex plerumque est, sublevari debet olescentis labor Magistri subsidio*, ad majus usque incremen- m, & judicii juvenilis coagulum.

Objecta horum locorum sunt omnia ἀξιομνημόνευτα pro- bia, similitudines, loquendi veneres, figuræ elegantiores, ases, Apohtegmata, sententiæ, in quibus omnibus seligen- magnâ opus est prudentiâ sententiæ non quævis corra- dendæ,

dendæ, sed quæ breves sunt, nervosæ, acutæ, elegantes, ne lem certetur ob hircum.

12. Phraseωs selectionem ac annotationem sequatur ἀγχ-νοια & imitandi solertia, unà cum vulgaris nostræ latinita collatione, quæ anima est resolutionis oratoriæ. e g. l. 1. ad a ep. 3. scribit Cicero, quòd si assequor, supero Crassum diviti atq; omnium vicos & prata contemno.

Collatio est, cum quærit Magister, tu si tibi dicendum es wann ich diß könt erlangen/ so wer mir nichts drübe quomodo efferres vulgari stylo? sic utique, si hoc possem as qui nihil mihi foret gratius. Cæterùm quàm elumbe hoc conferas Ciceronem. Imitare igitur in aliâ materiâ, atq sententiam hanc orna Tulliano pigmento.

Wann ich die eloquentiam könt erlangen/ das wer m vber alles Gold vnd Geldt.

Eloquentiam si assequor, Crassum (vel Crœsum) diviti pactoli insuper & tagi aurifluas opes contemno.

## CAPUT VII.

### De imitatione Oratoria.

*Quis imitandus? Et quid in eo μιμητικῶς exprimendum? & quibus instrumentis & quomodo?*

Imitandus est præ reliquis in latinâ linguâ Ciœero, qui (Fabij judicio) dono quodam prudenti genitus fuit, ut in eo totas vires suas eloquent experiretur.

*Vnum nobis* proponendum esse, ad cujus formam venu oratio revocanda sit, confirmatur inde, quia non solum fa lius ex uno omnia discuntur, quia varia illa imitatio Prot um, non Oratorem informat, reddit stylum inconcinnu affectatum, minimeq; torrentis instar, more Pindarico flu tem. *Ciceronem verò deligendum* esse, inde conficitur, qu

dulc

dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ quia 2. Vnus de variis rebus dixit, eaque omnia complectitur, quæ perfecti oratoris ære esse possunt, confer *Iunium hoc* argumentum exaggerantem p. 133, methodi. Ergône, inquies, furcillis expellendi classici sunt actores Plautus, Terentius, Seneca, alij? Ergóne Crustelli oratores negligendi omnino? Nullo in numero Lipsius erit, nullo alij quorum orationes omnes probæ sunt monetæ?

*Nihil amplius illa doctorum similit[illegible] valebit,*
*quæ studiosos apibus comparat,*

*nullum florem illibatum* relinquentibus, nullam respuentibus plantam, quin succum exugant & ex eo cerealia regna rependant.

Resp. ad I. Absit ut damnemus locupletissimos ac probatissimos auctores Plautum maximè, de quo in Parnasso auditum est judicium quod Musæ, si latinè loqui vellent, Plautino sermone sint usuræ. sed nego 1. ab initio Tyroni legendum Plautum, sed postquam (verba sunt Vossij instit. Orator. l. 4. c. 1. p. 432.) oratio lineamenta corporis ac sermonis habitum lacteâ Tullij copiâ sibi comparavit, tum demùm in deliciis esse posse assevero: causa est quia sine judicio accurato, quale primo isto Ingeniorum coagulo sperare non licet, legi inde succum converti ille non potest. deinde distinguo inter latinam ac grammaticam elocutionem; & Oratorium splendorem; multorum auctorum cognitio ad illam exigitur, Vnius vero ad hunc adornandum imitatio sufficit. Certum en. non omnia latinitatis flumina exhausisse Tullium, vocabula singula non complexum esse omnia, sed hic defectus orationis compositionem non impedit, qui suppleri ex grammaticâ facile potest. 3. distinguo cum Iunio l cit. quod aliud orationis genus imitari: aliud sit deligere, cujus ad similitudinem orationem nostram conformemus, aliud necessitate flagitante extra ordinem aliquid assumere. ad 2. Cum Plauto sapientes puto, qui utuntur vino veteri, & qui libenter veteres spectant fabulas. non quidem novitios damno sed tamen iam exempla imitationis proponi nolim, malim ex Ciceronis elegantiâ illos ipsos judicari, & vel inde ornamenta orationis peti,

nis peti, unde illi ipsi: robur atque sanguinem traxerunt. I gantur illi auctores sed per ocium, post consummatam V versi Tulliani operis ἀνάλυσιν, ut si quæ (sed vereor ne nim pauca fuerint) invenias commodè dicta, quorum simile qu in Cicerone nunquam deprælienderis, ea albâ quadam lin signes, si alia occurrant, quæ castimoniam Eloquentiæ Cice nianæ fœdent, ipse quoque pro rejiculis habeas Paucis sequ ris ejusmodi musteum actorem non ut ducem sed comite

Ad tertium respondeo: Apes comparari non cum Tyr nibus qui à veneno separare mel nondum possunt, sed cu ijs qui jam sunt in aliquod Eloquentiæ robur adducti, qu rum vires sunt masculæ atque perfectæ: Tyrones enim sty concinnitati non consarcinationi studere debent.

*Quid imitatione exprimendum?*

Non 1. ἀζήλωτα, non 2. vitia seu errores, sicut quidam elo quentiæ studiosi in Hortensio cerviculæ jactationem & or pravitatem consectati sunt. non 3. levia solùm illa, ut sunt v stitus status motusque corporis, ne similes ijs evadant, qui ( Iunius noster jocatur) se propter cultrum oblongum a offam fervidam coquos esse opinantur. non 4. solum verb rum ac phrasium apparatus, sed virtutes omnes totaque v dicendi.

*Quibus instrumentis hîc opus est?*

Tribus potissimùm 1. ἰτεξώσει, quæ fit vel 1. μεταβολῇ τ τάξεως mutatione ordinis 2. προσθέσει, ἢ ἀφαιρέσει ἢ συντομ vel adjectione, vel detruncatione, vel incisione. 3. mutatio circumstantiarum, ne in concionando vitia civitatis repr hendas in rure. 4. mutatione formæ orationis e. g. ex illâ sce Terentij inter se colloquuntur Phædria & Parmeno, rebus m nentib. ijsdem, componas epistolam variato tamen oratio habitu in laudibus Archiæ Poetæ numerat Cic. quod eande rem commutatis verbis atque sententiis dicere solitus fuer Elegans heteroseos exemplum illud est, quo Terentium i Eunuch. act. 1. sc. 1. consectatus est Horatius 2. sat. 3.

II. Παρῳδ

Παρῳδία quæ similibus verbis res diversas exprimit. sic
at orationem pro M. Marcello ad victoriam Christi resur-
ris imitando accommodare.

Paraphrasi, quæ orationem græcam in latinam, liga-
in solutam transponit vide de his Iunium. c. 14. method.
g.

n hisce imitandi modis eloquentiæ alumnos exerceri, è re
rum foret.

*Quomodo denique instituenda imitatio est?*

*Prudenter.* Ne orationem Ciceronis ad senatum vel ad
arem habitam, id Tyro referat ad populum. 2. *libere* mi-
eque serviliter. 3. *recte*, ne ex simili idem efficias, cento-
componas, in quibus aliena unà cum pulvisculo abstule-

*ne si forte suas repetitum venerit olim*
*avium plumas, moveat cornicula risum* vide-sis illustria
nitatione præcepta apud Senec. ep. 85.

*Exemplum imitationis qualis-qualis*

Sit Oratio Eucharistica pro redemptione Chri-
induta ornatu Tulliano orationis hactenus re-
ntæ.

u vel Horatij Cochlitis vel Marci Curtij memoria, Audi-
ap ud Romanos carminibus trophæis, statuis non orna-
lum fuit, sed seræ etiam posteritati super est quasi per tra-
m commendata, quod uterque fortunas suas, pro patriæ
lumitate, otio, atque salute populi Romani devovisset,
nes domesticas publico bono posthabuisset, & extremo
seu periculo seu impendio patriam è manibus hostium
isset: cujus devotionis nos confictos esse putabitis, quos
ficio immortali, & prodigâ sanguinis vitæque profusio-
faucibus non hominum, quorum sævitia æquiori animo
eri posset, sed mortis, sed inferni, sed diaboli hostium
tissimo. um redemit, inque pristinam libertatem asse-

Stema.

*Stemmate Iudæo natus Nasaresus Heros.*

Hic enim non ex urbe in patriam redivit, sed è patriâ immo è patris omnipotentis sinu, gratia, & naturali exivit, & miseram hanc ad montem Calvariæ profectio suscepit: non populi solùm unius aut gentis sanguinis c munione junctæ pœnas & supplicia sustinuit: sed quæ to omnino, quantus est mundus, hominum scelestissimo cloaca & confluges peccata imis in radicibus concepisset & ante continuisset, in se potius quam in hostes suos liber deflexit, declinavit, derivavit.

Magnum Dei beneficium fuit, & tantum ut eloqui possem, si mihi sint centum linguæ sint oraque centum, q hominem creavit, creatum bonis instruxit planè divinis su que ipsius imaginē impressit. Ipse verò Paradisus, quem e colēdum locavit, dici vix potest, quid voluptatis quid feli tis habuerit? quæ varietas arborum? quæ florū amœnitas? fructuum suavitas? quis areolarum ordo? quæ angelorū s tas? quæ totius hominis majestas? hæc omnia quantoper lectent, carendo magis quàm fruendo didicimus. Sed po divino immortalique beneficio id quod perdidimus, rec mus, idem nobis usu venit quod ijs qui è gravi morbo reva runt, quibus jucundior est valetudo recepta, quàm pr cepta, recuperata quàm donata, desiderata quàm initio Quorsùm verò abripior auditores? quorsùm? nimiru intelligatis, nullo unquam tantum fuisse in dicendo fl qui redemptionis beneficium non dicam celebrare, se merando consequi possit? servi Romanorum, homines σωποι, ἀπάτορες, nulli, magno à Dominis suis sunt be affecti, quando per vindictam à prætore sunt manumiss liberorum ordinem asciti: sed leve hoc fuit præ hoc n nam illic

*— una Quiritem*

*Vertigo fecit — —*

Redemtio verò nostra tantò est illustrior quantò majo stitit, labore, sudore, dolore. Captivi in Otomannica vitutem ducti, multum suis liberatoribus debent: pluri ijs, quos à rotâ, cruce, igne, intercessio & supplicatio n ali

cujus principis redemit, & mortis avaritiam fefellit: Nos rò quantum servi manumissi Dominis; quantū captivi suis beratoribus, suis deniq́ue servatoribus ad mortem damnati, ntùm hoc tempore Christo Mediatori nostro debemus. on enim pro restitutione nostrâ deprædicati sunt angelorū ori, spiritus sanctissimi: non causam nostram peroravit vir- s nostra, meritum, satisfactio, ut si conditio nostra atque iseria nihil possent, aliquid tamen valeret dignitas nostra nto beneficio seu congrua seu digna: sed nudos à patronis, udos à bonis operibus. virtute cassos, divina quædam & in- ita Filii Dei misericordia & quotidiana supplicatio irato tri nos conciliavit. Is fuit qui suâ obedientiâ ad legem di- nam planè amussitatâ, suâ afflictione, crucifixione, morte pulturâ oculos sui patris irâ Zeloq; flammantes inflexit. Is it qui negavit fas esse non modò, paradisi cælestis gaudio d ne terrestri hoc domicilio lacrymarum illâ valle se à nobis se sejunctum. Is ille est, qui pro nobis vestitus mutationem stinuit, flagellum perpessus ignominiam tulit, mori deni- e non detrectavit. Is fuit qui solus torcular iræ divinæ cal- vit, solus calicem non gustavit solùm sed epotavit, dum in- tea matris optimæ fletus, discipulorum desiderium vel fugâ desertione, vel magnâ parte tectis & tenebris continere- r.

Redierunt quidem ex Aegypto in patriam tot votis atque spiriis desideratam, terram videlicet Canaan melle ac lacte iguam Iacobi posteri, illi Pyramidum Niloticorum extru- ores, & redierunt Duce filio Dei, nunc nubem nunc igne- n quandam columnam induto, sed ita redierunt, ut exerci- atque armis obtrusi potius fuerint quàm revocati, non re- orari eorum itinera hostes potuerunt. quin conciderint. os verò reducti sumus non exercitu Angelico, quo tota ca- a complere servator noster potuisset, si armis decertare vo- isset & victoriam reportare & vincenti & victis minus glo- osam aut fructuosam: non viribus humanis atque brachiis, d unius sui homo divi sacrificio vel infinitis infinitorum in- r mundiorum hominibus salutari. Nam exacto trigesimo rtio ætatis anno cum totus ferè mundus in rosis atque vio-

 lis vive-

lis viveret, vis & ferrum in foro non versarentur, privati se-
gum non parietum præsidio tuerentur, Imperatoris Rom
fasces à toto orbe adorarentur, Interea Dei promittenti
dem piorum requirerent gemitus, & omnia ardere mall
quam diutius Sathanæ vinculis irretiri, ideò nihil seu divi
rum seu humanarum rerum sibi prius, quàm de salute no
agendum esse judicavit, quem ut salutem nostram ama
Iesus Christus. Quamobrem cum tranquillitatis perpe
cupiditatem, superbiam, invidiam suam expleri non po
viderent Pharisæi, scribæ & populi Iudaici principes, nisi i
nocentissimum agnum constrictum suis hostibus dedisse
hinc eâ nocte quâ novissimam cœnam suis discipulis ex
buit, in Tribunali Caiaphæ quâ centuriatim ad spem ca
homines sceleratissimos convocarunt, quiq; ad quam du
testes pactione certæ pecuniæ emerunt, inimicitias ac sim
tates quæ erant inter Herodem & Pilatum sanguine Chri
sopitum iverunt, ipsum verò flagellis non perfunctoriè c
sum, tractim ductimque verberatum, infelici arbori aff
runt.

*Tanta molis erat nostram reparare salutem,*

Hæc erant illa calcaria quibus servatoris nostri calcem pe
vit, is qui classem suam attentari hâc victimâ vidit Dei hom
numque hostis Sathanas: Hæc erant illæ difficultates cu
quibus belligerandum, nostræ salutis principi fuit: Hæc er
illa immanis peccatorum nostrorum moles, cujus magni
dinem Deus justissimus, horribili solis deliquio, terræmo
prius in audito, insperatâ templi scissurâ, miraculis ac port
tis aliis comprobavit. Eja igitur Servator dulcissime, ad t
nos convertamus vulnera, ad tuam crucem nos provolvam
supplices, & licet debilitatâ simus virtute, atque animo inf
cto, recuperata per te pristinâ dignitate non committam
ut senescat hoc in animis nostris beneficium; ut grave nob
tuum sit vel numen vel jugum, ut aliquo in loco Offic
Christiani hominis desimus.

Et quia tres hostes sunt qui jugulum nobis seu vi seu dol
petunt, primus intra viscera latens caro, alter foris more leo
nis grassans Diabolus, tertius voluptatum illecebris decipien

incauto

autos mundus: ita singulos caveamus, quemadmodum à ibusque sumus provocati: carnem quidem, crucem ei fi-ndo, duabolum precibus fallendo, mundum denique oc-sionem mali evitando. Denique ea cura nostris sit menti-s infixa sempiterna, ut digni videamur iis beneficiis qui-ad amorem ad fiduciam ad gratiam, tuo merito, tuis vul-ibus, tuâ patientiâ nos provocare dignatus es.

# CAPUT VIII.

## De synthesi oratoriâ

*In compositione orationis quæ observanda præcepta sunt?*

Triplicia sunt illa, quædam compositionem an-edunt quædam compositionis sunt propria, edam sequuntur.

Non Manliana hæc jussa sunt: non imperamus: non in-amus oratorem perfectum: sed quid ante adeptionem tus jacenti adhuc in cunabulis eloquentiæ Tyroni facien- docemus.

*Ante compositionem Orationis.*

Nemo sibi cercurum regendum in medio mari sumat, ni-lembum prius prope littus tractare addidicerit. h. e. onem scribendam sibi non sumat, nisi qui epistolarum, ymnasmatum, Imitationum exercitiis probè imbutus tylo certo ingenium assuefecit. 2- Vacuus à rebus aut s ad rem tanti momenti, in quâ totius erditionis quod-quasi compendium exhibendum est, non accedat: In-us sit rerum verborumque thesauro, à se collecto, pe-habeat doctissimorum ferculorum epulis refertissima, depromat, quantum opus est.

*Præcepta de ipsâ compositione.*

n idem ἀναλύσεως καὶ συνθέσεως ordo est, quod ibi pri-

mum. hîc postremum est. *Hisce omnibus rebus (argumen[tis] scilicet confirmationis) cogitatis, ait Cicero l. 2. de Orat, t[um] deniq; id quod primùm est dicendum (exordium) postre[mum] soleo cogitare &c*: Primum igitur in compositione quæ[rendum] est, & consideratio generis causarum: alterum Inventio [ar]gumentorum, quæ in singulas adversariorum chartas asc[ribere] singula fortasse non abs re fuerit, ut quæ in locis tàm re[rum] quàm verborum reperiuntur momenta, singulis argume[ntis] seorsim vindicentur Tertium elocutio & amplificatio illo[rum] argumentorum: quartum partium orationis dispositio. hactenus foetus exclusus est nondum tamen effigiatus: Vrs[ino] igitur more lambendus porrò est, poliendus, perficiendu[s].

## *Præcepta de relectione & emendatione post compositionem rudem.*

1. Premenda igitur hunc in modum affecta oratio non [qui]dem in nonum annum, in aliquot tamen dies, ne si prius legat, simiolum sui catuli fallant. Post relegat non tanqu[am] suum opus sed tanquam ab alio factum: cum semper in a[lie]nâ domo simus curiosiores quàm in nostrâ,

2. In relectione ad judicium etiam aurium omnia refer[an]tur: analysis Rhetorica exerceatur, ad eum modum qu[em] paulò ante tradidimus: spongiâ deletili eluantur nævi, em[en]dentur quæ in mendo cubant: denique secundâ quasi [li]garione, describatur oratio confecta.

Τῷ Θεῷ μόνῳ δόξα.

FINIS.

# INDEX

## *Capitum Epitomes Rhetorica.*

### Prooemium.

*In quo de Definitione, Divisione, & Progymnasiâ Rhetorices p.* 1. 2. 3. 4. 5. *usque ad* 9.

### PARTIS COMMUNIS.

CAP. I. *De objectô, & fine τῶ Rhet:* ORATIONE *generatim* 9

*De Mediis Eloquentiæ persuasivæ comparandæ.* I. DE ELOCUTIONE. 12

*De* ORNATU *Troporum speciatim* 32

*De* ORNATU *Figurarum speciatim* 49

*De* II. *demerenda* Πειθοῦς *Medio,* INVENTIONE *generatim.* 57

*De* ΠΑΘΟΛΟΓΙΑ *& Affectuum Doctrinâ.* 62

I. *De* ARGUMENTATIONE ORATORIA. 70

X. *De* III. *Medio persuasionis oratoriæ* COLLOCATIONE 73

*De* IV. *persuasionis oratoriæ Medio*

*dio* ACTIONE *&* PRONUNTI-
TIONE.

X. *De* V. *& ultimo persuasionis M*-
*dio* MEMORIA.

## PARTIS PROPRIÆ.

De Quæstionibus, & Argumentis Rhetoricis certa Causarum, & Dicendi GENERA strictis.

CAP. I. *De* GENERIBUS *Causarum g*-
*neratim, &* GENERE DELIBERA-
TIVO *speciatim.*

II. *De* GENERE DEMONSTRATI-
VO.

III. *De* GENERE JUDICIALI.

IV. *De* GENERIBUS, *seu Characte*-
*bus dicendi*

V. *De* VITIIS, *corruptionibus, ac i*-
*pedimentis Eloquentiæ.*

VI. *De* USU *& Praxi Rhetoricâ. p.*

VII. *De* IMITATIONE *oratoriâ p.*

VIII. *De* SYNTHESI *oratoriâ. p.*

EPIT

# APPENDIX

## Addendorum ad Rhetoricam Epitomen.

SIcut non est alia dialectica sacra, alia grammatica sacra, alia musica sacra, nisi quæ generalia sua documẽta, œconomiam ac methodum haurit ex dia[le]cticâ, grammaticâ, musica generali: Ita Oratoria [v]e Rhetorica sacra ijsdẽ generalibus documentis regulis constat, quibus Rhetorica Universim; [a]d determinanda illa sunt ad subjectam materiam. [N]eque aliam calcei ideam Regi aptat sutor quam [ru]stico; nisi quod materia illic sit preciosior: aut [lect]iniarius aliam formam feretri aptat papæ, aliam [sac]erdotum minimo, quamvis in materiâ pluri[mu]m intersit. Nihilominus addemus hîc annota[ta] nonnulla, unde applicatio ad homilias sacras [fel]icius instituatur.

### *Ad pag. 4.*

[O]*Rator est vir bonus dicendi peritus.* Orator est summa omnium scholarum ac disciplinarum li[me]a; maximè verò studij Theologici, *Quisquis* (ita [Au]gust. l. 1. de doctrin. Christ. c. 35.) *scripturas divi-*

*nas vel quamlibet earum partem intellexisse sibi videtu ita ut jam in eo intellectu non ædificet illam geminā ch ritatem Dei & proximi, nondum intellexit.* non semp manendum in monte, sed descendendum ad pop lum Exod. 19.14. confer. Ezech. 40.4. I. *Vir* na mulier ad conciones habendas idonea non est. Cor.14.34.35. hinc Valerius Maximus l.3.8. Qu fœminæ ait cum concione? Si patrius mos serv tur, nihil. Excipiendus afflatus propheticus 1.Co 11,5. Ratio est 1. pœna linguæ in paradiso malè Eva usurpatæ. 2. Reverentia in viros quæ cum ἐξ σία concionandi ἀσύστατ☉. 3. ἦθ☉ inconstantiæ levitatis. nescio inquit noster Bernegg. ad Tac q. q.8. *quomodo mulierum eruditio libidinē ac lascivia comitem habet, quod Sapphus & aliorum exemplo const* 4. periculum errandi & pellaciæ delenificæ, vi quæ ex Hieronymo notavimus in Christeid. p.49

II. *Bonus*, non histrio, qui in suggestu ludos ag intempestivos seu phrasi seu gestu; sicut *Eudoxi* Macedonii successor in cathedra Constantinop. quo *Socrat.* l.4. cap.25 cum aliquando in concio Deum patrem impium appellasset, Filium piu exhorrescente populo ad hoc dictum ac tumu tuante, *quiescite* inquit, *patrem* ideò impium vo quod neminem colat Filium verò pium, quod P trem colat: quo audito risu exceptus est. *Virtu* oratoris sacri sunt *pietas* 1. *precum assidua, pleru que fit* ita Greg. M.l.11. moral. cap.5. *ut cum audien cor exigentibus culpis, Dei gratia non repletur, in cass*

*exter*

*terius à prædicatore moneatur.* *Quia mutum eſt os* *ne, quod loquitur, ſi ille interius in corde non clamet,* *i adſpirat verba, quæ audiuntur.* concionatoris eſt ſcendere & deſcendere illud precibus hoc prædi-tione verbi ait *Luther.* ad Geneſ.28. fol.37. **2.** ***Ex-plaris***, ut ſit ejus copia dicendi forma vivendi. guſt. l.4. de doctr. Chriſt. c.29. οὐδὲν γὰρ διδασκάλου χρότερον ἐν λόγοις φιλοσοφοῦντος μόνον. Τοῦτο γὰρ οὐ δι-σκάλου ἀλλ' ὑποκριτοῦ ait Chryſoſt. hom.1. ad act.1. pietas concionatoris efficaciam verbi non qui-m tollit, retardat tamen ac impedit converſio-s ſucceſſum. vide Matth.17.19. 3. ***Fidelis.*** 1 Cor, . Eſt autem fidei inter alia, ſtudium ſtrenuè pro-iendi; & dextrè proponendi; illud exigit Domi-s, cum talenti fœnus fructumq; expoſcit: Idem get Apoſtolus cum Verbum Dei πλουσίως inhabi-e vult. Jam ſi quis e. g. theſaurum congeſſiſſet lle aureorum, ſi eoſdem ſemper aureos numera-, nec adderet parum parvo, modicum puſillo, ilo inde opulentior haberetur. Id agunt qui em ſemper ταῦτα καὶ ταύτος ſemel fortaſſis be-& ſapidè cocta (abuſi Apoſtolico oraculo per od nulli ignavo eſſe licet, quo ἀσφάλεια quæri-, non tam ex iteratione ejuſdem, quam ſcriptio-eorum, quæ pridem ore Philippenſibus prædica-fuerant) recoquunt. qua quidem ratione frau-quapiam piâ peregrino auditori admirationem orquent, ſed auribus aſſuetis, & doctioribus fa-ium creant, rudiores obtundunt. nullus textus

est ita aridus, quin alios aliosque succos destill
Idem è cœlo panis fuit quem Israelitæ colleger
sed licuit illum trans temperare, & gustui attem
rare: Monita possunt esse eadem sub variis verb
rum condimentis. *alioquin istis dicentibus* (ita Se
*ca* ad suum Lucilium alicubi) *quousque eadem?*
*dico quousq; eadem peccabitis? remedia ante vultis qu*
*vitia desinere? dicam etiam invitis profutura.* Stud
porrò *dextrè* proponendi uti rarum est, ita orat
sacro decorum, auditori ad ædificationē pron
Id contendit Apostolus initio cap. XIV. prioris
ad Corint. si, inquit inter alia, inauditum quid
nent instrumenta nihil intelligi potest. Nihil
schola docetur quod suggestum reformidet, sed
illud humanitùs dicatur. Unde & Cicero aliter
scripsit Rempublicam in legibus, aliter cum se
tentiam vult dici ut in fece Romuli non in id
Platonis. Fingat Orator se sutorē esse aut rusticu
è sequemetipso percontetur, num se ita peror
tem capere, aut sustinere possit? qui pueros v
docere ei repuerascendum. multò sanè diffici
est obscura lucidè, difficilia facile, prolixa conc
proferre, quam lumina & apices verborum co
ctari & auditorio fieri barbarum ac ventis loqu

III. *Dicendi peritus. Dixit quidam eloquens* (ita A
gust. l. 4 de doctr. Christ.) *& verum dixit, ita di*
*debere eloquentem, ut doceat, ut delectet, ut flectat.* D
*re necessitatis est, delectare suavitatis, flectere vict*
*mandare quem literis,* (ait Tullius l. 1. Tusc. qq.)

*git*

*ationes suas, qui eas neque disponere, neque illustrare sit, nec delectatione aliqua allicere lectorem hominis est emperanter otio abutentis & litteris.*

## *Ad pag. 5.*

Rogymnasmatum uti illustris est in sacris etiã homiliis usus, ita prudentiam exigunt ab uten- Sunt namq; progymnasmata à Rhetoribus di- orationis & condimenta & lumina, & cunei; ndimenta quibus fastidium detergitur; lumina æ ornant, animant & fœcundãt dictionem, *alio- in* obscuram, exanimem, jejunam, exsuccam, fu- ãm: cunei frangendorum animorum ac affectuũ ncitandorum? qui cum orationem inchoant, ac- ndunt attentionem; cum medium occupãt con- vant motus excitatos; cum agmen claudunt acu- os in animis relinquunt. Sed quia condimenta nt ideò temperatè ac modicè adhibenda. Non tem opus est, apud τὺς ἔξω hîc supplicare exem- ; S. Codex hujusmodi orationis figuris abundat, quibus tyrones (præsertim theosophiæ educan- s) exerceri verius.

I. *Fabula* sive apologi exempla sunt comitia orum. Jud. 9. 6. cardui legatio ad cedrum. 2. Reg. 9. Rhetoricæ Magister *ἀγχινοία* haut difficili a comitia ad Regem Christum & ejus æmulum ntichristum: hanc verò ad studia ac lenocinia pa- ecclesias ejusdem jugo solutas ad unum ovile vocandi accommodabit. Peccari hîc bifariam et in excessu à *nugatoribus* qui vento legẽdarum

non vero oves pavere, ut jam olim conquestus Algerius Florentinus. Extat querela nationis g man. *in gravamine* XXI. hujusmodi p.366. *condu tii illi pastores (an prædones rectius quis eos dixerit du est) simplici Christi plebeculæ pro Evangelij limpidiss fonte turbidas, protritas, ac ruderibus oppletas, propin lacunas: dum legendas, quas vocant sanctorum, nec ab clesia receptas & gentilibus fabulis, quàm Christiana Evangelicæ doctrinæ similiores ad populum Christi publ in concione docent.* Hoc mythologiæ genus casti Apostolus, Deficiunt contra ἀπὸ τοῦ μέσου qui omn apologos à suggestibus furcillis expulsum eunt, que sic obliquè cùm Adamum sophum è persp animalium naturâ, apologos sine dubio conc nantem, tum Christum dominum parabolizant carpunt, nec distinguunt, inter λόγια θεοῦ & λογ illustramenta: inter picturæ substantiam & lem scos ac emblemata; inter carnes & condimen Coloss. 4. 6. inter simulacra & mendacia; sicut speculo falsus homo est vera hominis imago; ita bula historiæ, vide *Augustinum* apologos à men cii crimine purgantem l. contra mendac, c.13, *A stoteles* quærit problem. sect.18. q 3. *cur homines perorando exemplis & fabulis potius gaudent, quam co mentis? An gaudent quia & discunt, & celeriter discu atqui per exempla & fabulas facilius discitur: sunt en quæ explorata habeantur & particularia sint. Ratio tem commentandi, demonstratio ex universalibus est, minus quam partes novimus. Ad hæc iis credere m*

*solen*

*lemus, quæ plurimum testimonio confirmantur.* **Exem-**
*la autem & fabellæ testimoniorum speciem gerunt: fides*
*utem perfacilis est, quam testimonium fecerit.* **Additur,**
*uod verisimile quisque libentiùs discit. Exemplum autem*
*r fabellæ rem non nisi similē docent.* Ideò Patrum com-
nentarii florent hujusmodi ornamentis *Tertull.* lib.
ontra Valentinũ c. 12. citat Æsopi graculum, qui
lienis plumis se ornans, iis spoliatus erubuit, fuit-
ue ludibrium: & cap. 3 citat, lamiæ turres, & lib.
e anima. c. 6. Thales, inquit in puteum, scilicet
adens, dum cœlum intuetur, irrisus fuit à fœmi-
a. Idem l. 4. contra Marcion. c. 23. De Æsopi, in-
uit, puteo asinus, scilicet modo apparuisti. q. d.
bscurus ex angulo prodiens subitò te velut exi-
nium jactas & lib. de pudicitia c. 8. Nihil ad An-
romacham, quæ tragica erat fabula, & plura alia,
uæ colligit Pamelius & Tertulliano præfixit. *Ire-*
*æus* l. 1. cap. 1. apologo gemmarii, imaginem regis
emmam in similitudinem canis & vulpeculæ de-
ormantis: ibid. cap. 10. ex Homero citat fabulam
e orci sive inferni galea, quæ ea tectos faciebat
nvisibiles & cap. 34. fabulam Hydræ Lerneæ, sive
eræ multorum capitum, Valentini Scholæ attri-
uit. Idem lib. 2. c. 12. *Valentiniani similes*, inquit,
*unt cani Æsopi*, qui panem quidem reliquit, in um-
ram autem ejus impetum fecit & perdidit escam
c. 19. citat apologum Pandoræ, quam Hesiodus
ngit & pingit omnibus dotibus à diis adoratam.
*Clemens Alexandr.* ut Gentes suis ipsorum armis &

gnomis confutet, symbola & apologos ex Orph
Lino, Homero, Platone, Pythagora agglomer
*Hieronymus* in cap. 8. Ezechielis, sub finem, apo
gum Adonidis fusè recitat & Ethicè explicat. G
*gor. Nazianzen.* crebrò apologos usurpat, ut pate
Epist. 1. ad Celeusium, ubi perelegantem cycnor
& hirudinum apologum suo silentio adaptat:
apologo concilii gruum & anserum, quem reci
in carm. de diversis vitæ generibus: ex apologo
vonis caudæ syrma pomposè explicantis; item Pa
doræ & Promethei, quos recenset tract. adver
mulieres ambitiosiùs se ornantes. Obiter hîc a
vertendum afferri non rarò illustrationis gra
fabulas, e g. de pelecano, de Phœnice & similes,
ne vitio, si id fiat cum προεπιπλήξει & occupatio
Ita D. Lutherus in Postillis in Evangelium am
Christag. fol. 19. Etliche Vätter/ vñ sonderlich B
hardus/ meinen/ der Teuffel/ da er im Himel gesc
habe/ daß der Sohn Gottes soll Mensch werden/ h
auß solcher vrsach ein Neid wieder die Menschen/
ein Haß wider Gott geschöpfft/ daß er nicht viel m
ein Engel dann ein Mensch habe werden wollen/ se
so auß Hoffart vnd Neid herunter gefahren. Sol
mag wol ein Gedancken oder waar sein. Es ha
aber dannoch die lieben Vätter/ die grosse Frewde
Ehre damit wollen anzeigen/ welche vns in dem wi
fahren ist/ daß Gott ist Mensch worden/ vnd eben
arme Fleisch vnd Blut an sich genommen hat/ daß
arme Menschen haben/ welche vom Teuffel besessen

im Todt der Sünden halb vber geben waren. & ib.
l. 17. Im Bapstumb hat man eine Historia gesagt:
s sey der Teuffel auff ein Zeit in der Kirchē zur Messe
mmen/ vnd da man in Patrem diese Wort gesungen
abe/ (& homo factus est, Gottes Sohn ist Mensch
orden) vnd die Leuthe gestanden/ vnnd nicht haben
eder gekniet/ hab er einen auffs Maul geschlagen/ vñ
n gescholten vnd gesagt: Du grober Schelm/ sche-
estu dich nicht/ daß du so stehest wie ein Stock/ vnd
cht für frewden niderfällest. Wann Gottes Sohn
ser Bruder worden were/ wie Ewrer/ wüsten wir
cht/ wo wir für frewden bleiben solten. Ich achte nit
ß es wahr sey/ dann der Teuffel ist vns vnnd dem
Errn Christo zu feind. Aber das ist gewißlich wahr/
r es also erdichtet hat/ der hat einen hohen Geist ge-
bt/ vnd die grosse Ehr wol verstanden/ welche vns ist
derfahren/ in dem/ das GOttes Sohn ist Mensch
orden/ nicht wie Eva noch Adam/ der auß Erden ist
macht wordē/ sondern er ist vns noch näher gefreunt-
/ sintemahl er auß dem Fleisch vnd der Jungfraw
aria gebohren ist/ wie andere Menschen.

II. *Narratio* Fama est, qualis e. g. perculluit Ca-
naæam regionem è stupendo Israelitarū exitu ex
gypto; externavit Eli è clade à Philistæis accepta:
hilaravit Davidem victoria de exercitu seditio-
Absolonis: invitavit Reginam austri ad specta-
lum Salamonicæ majestatis.

III. Chria vocalis: dictum sapiens ac ὀξύμωρον
ome salita. ut sunt illæ sapientissimi Regis *Scho-
rnaphscho, nozer darcho*, h. e. *custos vitæ, custos viæ.*

Prov. 16.17. *holech bathom, lelech betach ambulans rectè ambulat confidenter* Prov.19.9. *Ischemunoth beracheth. vir veridicus benedictus.* Prov.28.20. Vo dixi, datur enim & chria realis, muta & mixta reali & vocali; illius exemplum est armus à c Sauli in mensâ propositus ut hoc hieroglyph cõmonefieret giganteos armos humerosq; req à rege. 1. Sam. 9.25. Hujus arcus & sagitta allata expositione prophetica conjunctus. 2. Reg. 1 confer Nehem. 5.13. Referas hic licet totam adag graphiam sacram, in quâ evolvendâ Martinus D rio operam locavit, dignam crisi & additamen

IV. *Confutatio* e.g. angelorum Incuborum G 6.2. vitæ monasticæ ab Eliâ vel Johanne Bapt institutæ: Mariæ Magdalenæ scortatricis cõve

V. *Confirmatio paradoxi.* e.g. ætatis Mathusal Absalonici suspendii è capillis, Dei mortui, morum novissimorum.

VI. *Locus Communis*, ita dictus non ratione rum tractandarum, qui versatilis cothurni i ad omnes textus quadret; sed ratione auditor quia omnibus utilis est, quatenus quod sigilla est expositum ad commune pietatis emolumét refertur idque per ascensum ex hypothesi ad sin. narratur. e.g. Ebrietas Lothi, calumnia Si Stoliditas Rehabeami. hinc locus communis, a turpe adeò perniciosum crimen est ebrietas, c mnia, stoliditas, quę exemplis propositis nemi non absterrere debet, à similium vitiorũ conta

VII. *Laus & Criminatio*, Laus, e.g. Davidis

pa

negyricum epinicion cecinêre fœminæ hebræa
Sam. 18, 5. Epicedium Saulis in ejus infamiam
mpositum 1. Chron. 10, 13.

VIII. *Comparatio* Adami cum Absolone, Antio-
icum Antichristo, colossi à Nebucadnezare so-
niati cum quatuor Monarchiis: totumque adeo
legoriarum, parabolarum, typorum genus, de
o comite vitâ alibi copiosius.

IX. *Fictio*, cujus species sunt, prosopopœia, e. g.
porum, sepulchri, Regum, alloquentium regem
byloniũ Esa. 14. 8. 9. 10. cõfer Ezech 32. 21. Habac.
. Ethopœja caini in fratrem irati & pathopœja
vidis Absolonē deplorantis, Abrahami spectan-
bustum Sodomicum. Gen. 19, 28. prima linea-
enta ponit D. *Luther* ad Gen. 19. p. 142. *Quæ autem
piria? qui gemitus hoc triste spectaculum secuti sunt? Vbi
nc Loth meus, quæ eius forma est? Vivit ne? Vivunt ne
or & filiæ? Prorupit igitur in lachrymas, & territus
levit tantam calamitatem.*

X. *Descriptum seu hypotyposis*, divitis Epulonis in
ferni tormentis queruli, Turris Babelicæ, maje-
tis Salomonicæ.

XI. *Thesis*. Spolium Israelitarum non fuisse fur-
m. Exod. 12, 35, 36. justè Josuam Cananæos popu-
s invasisse.

XII. *Inductio legis* vel inductæ confirmatio: legis
de furibus in patibulo non relinquendis. Deut.
22. 23. sanctionis ne Filius pro patre. 2. Reg. 14. 6.

*Ad pag.* 10.

Objectum in quo expoliendo Rhetor est occu-

p....s

patus oratio est, hîc vero oraculum Dei τὰ λόγια
1. Petr. 4. 11. τὰ διδακτὰ πνεύματος ἁγίου. 1. Cor. 2. 13.
cta in certas pericopas, quas inter eminent, dom
nicales evangelicæ (de quibus alibi actum la
catech. part. 1. p. 457.) & Epistolicæ, de quibus m
lim B. Lutheri judicium interponi quàm meum
quod extat tom. 3. Jen. fol. m. 270.

## *Ad pag.* 13.

TRia comparandæ eloquentiæ Sacræ media e
hîc obtinent. 1. *Natura* ad quam pertinet
φυΐα ingenii, θυμὸς cordis. τῷ πνεύματι & ζέοντες
Apostolus. Ardeat orator si vult accedere plebe
εὐφαντασίωσις maximè in similitudinib. excogita
dis ingeniosa, quibus quantavis insit ad audien
docilitatem ac benevolentiã parandam alenda
que, diximus in fronte hodosophiæ. ἀγχίνοια
ὑπόνοια judicii sancta hoc enim est quod Salom
dicit Eccles. 1. 13. *dedi cor meum lidrosch velathur b*
*ochma ad quærendum & investigandum in sapien*
דרש est inquisitio solers, hinc apud Rabbinos
drasch, commentarius, medrascha, schola, Phro
tisterium, musæum, תור est exploratio merca
ria. 1. Reg. 10. 15. Metatoria Num. 13. 16. *robur,*
*certi, latera corporu:* oris παρρησία & *linguæ gra*
*varia ista*: hinc in Eloquentiæ principibus ce
bratur *suavitas Socratis, Subtilitas Lysiæ, acum*
*Hyperidis, Sonitus Æschinis, vis Demosthenis, grav*
*Africani. Lenitas Lælij, asperitas Galbæ, profluentia ca*
*ra Carbonis, jucunditas Catulli, varietas ac temp*
*tio Cæsaris, limata Sulpitii subtilitas: animi impetu*
*sum*

*mma contentio Cottæ, vehementia, commotio, acrimo- a Antonij : constans denique fuit semperque sui similis ceronis dictio, in eaque diligens verborum & sententia- m eligendarum cura.*

II. *Doctrinæ studium*, ut bono œconomo similis suo thesauro vetera & nova prodat orator myste- s divinis initiatus. sicut auditor spongia esse de- t non clepsydra; ita concionator concha non nalis. multa in hanc rem monet traditq; August. . de doctr. Christ. c.3. & seqq. Encyclopædiam tium Philosophicarum & Philologicarum urget . doctr. Christ c.42. & l. 4. 1. *Hieronymi* illud est lebre in epist. ad Nepot. *Nolo te declamatorem esse rabulam garrulum sine ratione sed mysteriorum peri- m & sacramenti Dei tui eruditißimum, verba volvere celeritate dicendi apud impertitum vulgus admiratio- m sui facere indoctorum hominum est.* Hæc Hierony- us: *Hilarij* istud lib.8.de Trin p.97. *Vita Sacerdotis etur docendo & doctrina vivendo. Quia nō statim boni q; utilis sacerdotis est aut tantummodo innocenter age- aut tantūmodo scienter prædicare: cum & innocens sibi ntū proficiat nisi doctus sit & doctus sine doctrinæ fit au- ritate. necesse est quod stultè sapitur, stultè etiam prædi- ur. Iam verò stulta prædicatio quantum malum est au- ntium, cum seducuntur in sententiam stultitiæ sub o- ione sapientiæ? Greg. Nazianz.* orat.21. apolog. fu- hæc sunt p.399. *Aliorum me puduit, qui cum plebeis minibus nihilo meliores sint, atque utinam non etiam ltò pejores, illotis ut dici solet, manibus, profanisq; ani- s in sanctißima mysteria sese inferunt, ac priusquam di- i sint, qui ad sacra propius accedant, sacrarium ipsum*

*affectant, & circum sacrosanctam mensam premuntur,  
protruduntur, tanquam non virtutis exemplum, sed vi[...]  
adjumentum atque subsidium hunc ordinem esse judica[...]  
tes, ac non munus reddendæ rationi obnoxium sed imp[...]  
rium liberum ac referendarum rationum metu solutu[...]  
Qui etiam eos, quibus præsunt numero jam propemo[...]  
superant, pietate miseri, dignitatis splendore infelices. [...]  
proinde peste hac progressu temporis invalescente, jam [...]  
habituri quidem mihi videntur, quibus præsint, omni[...]  
videlicet, pro eo atque ipsis expetendum erat, ut quod scri[...]  
ptura pollicebatur, à Deo edocerentur, munus doctoru[...]  
arripientibus, omnibusque vaticinantibus, adeò ut Sa[...]  
quoque inter prophetas existat, ut veteris historiæ prove[...]  
bio utar. Haudquaquam idem esse existimabam, ac [...]  
nunc quidem existimo, gregi aut armento præesse, & h[...]  
minum animas moderari.* & mox p.406. *judicio adm[...]  
dum stultè temereq; illi faciunt, qui priusquam ipsi sa[...]  
doctrina instructi sint, aliorum se magistros profitentu[...]  
figlinamq; ut vulgo dici solet in dolio discunt, hoc est a[...]  
narum animarum periculo pietatem meditantur. Stu[...]  
si ne ignorantiam quidem suam persentiunt: temere [...]  
cùm eam intelligant, hoc tamen negotium suscipere a[...]  
dent. Ita projecta atque contempta & confusa hæc res [...]  
tamque malè affecti sumus, ut major pars nostrum, ne [...]  
cam omnes, prius ferè quam lanuginem primam abje[...]  
rint, puerilique more balbutire desierint, priusquam di[...]  
na atria ingreßi sint, priusquam sacra volumina vel [...]  
nomine noverint, priusquam novi veterisque Testame[...]  
signa notasq; cognoverint; nondum enim dico priusqu[...]  
impuræ flagitiosæque vitæ cœnum absterserint, easq; a[...]*

*ma[...]*

*fœditates, quas nobis peccatum abstersit, si duas aut
s pias voces edidicerimus, ac ne id quidem ex lectione
ex auditione, aut Davidi nonnihil operæ dederimus,
pallium scitè contrahamus, aut zona tenus philosophe-
r, pietatisque specie quadam & fuco nosmetipsos obli-
mus, papæ! quam egregia præfectura: quam excelsu
mus, Protinus Samuelem ab ipsis incunabulis sacrosan-
m in ore habemus: protinus sapientes sumus & præce-
res & rerum divinarum cognitione sublimes & scri-
um & Legislatorum primi, nosque ipso calculo nostro
stes designamus, ac vocari ab hominibus Rabbi experi-
: nec usquam literâ, sed omnia spirituali modo intelli-
da sunt, meraque deliramenta insomnia nostra indi-
que & molestè tulerimus, nisi mirificis laudibus in cœ-
efferamur. Atque hæc optimi quique nostrum & sim-
ißimi. An igitur saltationis quidem & tibiarum ludi
rinam quandam & disciplinam esse dicemus, ad eamq;
igendā & diuturno tempore & plurimis laboribus sudo-
usq; opus esse, mercedemque etiam interdum numeran-
, commendatoresque adhibendos, longasque peregri-
iones ineundas, cæteraque omnia facienda & perfe-
da, quibus artis peritia comparatur: sapientiam au-
, quæ omnia regit, complexuque suo quicquid usquam
dabile & præclarum est, tenet, (adeo ut ipse quoq; Deus
mvis permultis nominibus vocetur, hoc tamen nominē
ensius quam ullis aliis delectetur) rem usq; adeò levem
protritam existimabimus, ut ad sapientis nomen adi-
endum voluntas sola requiratur? Magnæ hercle Stul-
e hoc fuerit.* Iterum ib. p.407. *Est perversitas quam
sub sole, hominem opinione sua sapientem, & quod
scelera-*

*ſceleratius eſt, aliis inſtituendis præfectum, qui ne ſuæ q-
dem ignorantiæ ſibi ſit conſcius. Hoc vitium lachrymis qu
dem & luctibus, ſi quod aliud, dignum eſt, idque ſæpen
mero mecum ipſe deploravi.* & pag. 410. *Quis ille e
qui veritatis antiſtitem ac propugnatorem unius diecu
ſpatio, velut ſimulachrum ex argilla, fingit, illum inqua
qui cum angelorum claſſe atque ordine futurus eſt,
cum archangelis. Deum celebrabit, qui ad ſupernum
tare ſacrificia tranſmittet, ſimulq; cum Chriſto ſacerdo
fungetur, qui figmentum inſtaurabit, imaginemque cre
tori ſiſtet, & ſuperno mundo opificem aget, ut quod m
jus eſt dicam, Deus erit, alioſque deos efficiet?*

III. *Vſus* à quo τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα adh
bitum uſq; proficiens, unde quas primùm gymn
ſtæ edunt conciones, edunt ut comœdi: ſed habit
conſummati, ſuam demum perſonam agunt. an
malia ab Ezechiele viſa non duntaxat pennas ha
buere ſed & ſub pennis manus. moderatione t
men initiò opus, ne accidat quod aſino Mauruſi
cui, ut ſcribit *Ælianus* lib. 14. de Animal. c. 10. *in
curſus eſt velociſsimus*: volare eum, non currere di
res; ſed hic fervor ilicò intepeſcit, & in maxima
tarditatem degenerat celeritas. *Nihil* ait Quin
l. 10, 3. *rerum ipſam naturam voluiſſe magnum citò eff
præpoſuiſſeq; pulcherrimo cuique operi difficultatem:
naſcendi hanc quoque fecerit legem, ut majora anima
diutius viſceribus parentum continerentur.*

*Ad pag.* 16.

ASiatica pompa & Romana verborum διαρ
alibi celebretur; in ſuggeſtu regnare de
apo

pophtegmaticum dicendi genus. Act.2.7. Cum
hetorem olim aliquis laudasset, hoc nomine,
uod mirificè res exiguas verbis amplificaret, Age
laus prudenter respondit, sic inquiens, *Ego ne suto-
m quidem arbitror bonum qui parvo pedi magnũ indu-
t calceum.* vide quæ de elecutione Rhetoris sacri
ocet Aug.l.4.de doctr. Christ.c.5. & seqq.c.9.&10.

*Allegorimania* hîc sine censurâ dimittenda
on est. Influit allegoria in animos hominum,
ovet, illustrat, suumq; meretur & locum & elo-
um, præsertim si scripturis s. sit innata non è pro-
io cerebro illata, si manu non culeo seratur, post
ndamenta fidei rectè posita. Sic Paulus (D.Lu-
eri Gen.18.fol.109. judicio) *postquam doctrinã fidei
alecticè, & tanquam in acie asseruit gladio, addit postea
Sara & Hagar allegoriam, quæ & si in acie minus va-
, nam discedit ab Historico sensu, tamen lumen addit
usæ & ornat eam. Historia non docet quod Abraham sit
us, Sara Ecclesia, Hagar synagoga. Abraham docet
storia esse patremfamilias, Saram matrem familias,
gar servam. Quid autem prohibet posito jam ante fun-
mento, ex aliis scripturæ locis certis & illustribus etiam
hibere allegoriam, non tantum ornandi, sed etiam do-
ndi causa, ut res fiat illustrior.* ejus studium ab anti-
itate commendat Clemens Alexand. l.5. strom.
d censoriâ virgulâ digna est *Allegorizandi prurigo,
ustißima illa Origenica* (cujus consilium ex Orige-
hom.2. in Exod. hom.3.7.8.in Lev. hom.7. Num.
lligit hujusmodi fuisse, nonnemo scribit, *Pri-
um quidem, quia omnia, quæ in veteri Testamento scri-*

*pta sunt, non pro narrationibus antiquitatum, sed pro disciplina & utilitate nostra putat tantum scripta. Deinde hæc omnia, inquit alibi, de lege peccati nisi alio sensu accipiamus, quam litera textus ostendit, cum in Ecclesia recitantur, obstaculum magis & subversionem Christianæ religioni, quam rationem ædificationemque præstabunt. Qui audiunt ritum sacrificiorum vel Sabbathorum observantiam, aliaque similia in Ecclesia recitari, offenduntur & dicunt: Quid hoc necesse est in Ecclesia legi? Hæc Iudæorum sunt; Orandus igitur Dominus, ut auferat à nobis velamen literæ, ut nobis non deformis vultus Mosis, sed gloriosus appareat. Præterea quoniam nullam rationem multa habitura videntur, si literæ insistatur, quærendam putat necessario allegoriam. Et quia Paulus legem umbram habuisse scribit futurorum bonorum, hinc quoque concludit, allegoriam in omnibus investigandam.* Tum *Scholastica* ac Barbarica vetus in homiliis passim depræhensa, cujus matrem fuisse literalis sensus difficultatem, nutricem pigritiam clericorum rectè censet *Sixt. Amam.* l. 1. antibarb. Bibl. p. 259. addit ibid. *hæc sibi quoque dicta sciant nostri illi* κακόζηλοι *qui dum nimis familiariter Pontificiorum postillis utuntur, & conceptibus prædicalibus, ut vocant, inversantur assiduè, in eadem vestigia pedes ponunt. Non sum Propheta, nec Prophetæ filius, Tamen*

*Credite me vobis folium recitare Sibyllæ,*

*si hæc concionandi & sacras literas explicandi ratio una cum Theologia Scholastica denuò irrepserit, posteriora longe pejora erunt prioribus.* hæc ille bene. Quid enim è sacro codice aliud in posterum expectabis, quam

πανσπερμίαν quãdam Anaxagoricã, quæ quodlibet quolibet extorquet: in gemmis (quarũ tamen indoles juxta cũ incertissimis ignota) nescio quæ mysteria, è flosculis nescio quos paradisi hortos exciat, ac utinam non ampulletur in hoc lasciviendi campo! & quod de grunniana familia scribit *Hieronymus* in Ierem. 29. *alios talia contemnentes quasi pro brutis habeant animantibus, & vocent πηλουσιώτας, quod in luto hujus corporis constituti non possint sentire cœlestia*; Extant in hanc περιεργίαν obeli & veteres & novi, vide nostrum Lutherum in Genes. 9. fol. 97. ad cap. 15. p. 58. ad c. 30. fol. 147. & seqq. Quantam igitur parapædiam admisit *Erasm.* in milite Christiano, *ex interpretibus biblicis*, cum scribit, *divinæ scripturæ eos potissimum delige, qui à litera quam maximè recedunt. Cujusmodi sunt in primis post Paulum Origenes, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus. Video enim neotericos Thelogos literæ nimium libenter inhærere & captiosis quibusdã argutiis, magis quam eruendis mysteriis operam dare, quasi verò non verè dixerit Paulus, legem nostrã spiritualem esse.* & mox. p. 74. *Magis sapiet, magis pascet, unius versiculi meditatio, si rupta siliqua medullã erueris, quam universum Psalterium ad literam tantum decantatum* & pag 164. *In omnibus literis quæ ex simplici sensu & mysterio tanquam corpore atque animo constant, ut contempta litera, ad mysterium potissimum spectes: cujusmodi sunt literæ poëtarum omnium, & ex Philosophis Platonicorum: maximè verò scripturæ divinæ, quæ ferè silenis illis Alcibiadeis similes, sub tectorio sordido ac pene ridiculo, merum numen claudunt. Alioqui si sine al-*

 legoria

*legoria legeris, Adæ simulachrum de argillauda form tum, eiq; Inspiratam animam, Evam de costa subducta interdictum ne de ligno ederent: serpentē suasorem, Deu inambulantem ad auram, conscios latitantes: angel cum romphæa versatili foribus paradisi additum, ne eje pateret reditus, breviter totam orbis conditi historiam nihil ultra superficiem quæsieris, non video quid ita mu magis operæ pretium sis facturus, quam si cantaveris l teum simulachrum Promethei, ignem dolo subductu eum simulachro inditum, lutum animasse.*

## *Ad pag. 62.*

INventio in oratorio sacro constat argumento rum (ut vocant Rhetores) inartificialium h. testimoniorum divinorum (quibus succenturia patrum testimonia multis sunt intervallis inferi ra, quæ parcius hodie afferrentur, si proprio ac pr denti non alieno & securo oculo legerentur, qua quam laude non laqueo dignum censeat *Martin Delrio* in adag. s. p. 59. qui ut domino reddat, fu furtiva subtrahit) accurata selectione, sectio ἐπιλύσει. opus *selectione* ne incurras in dicam, qua farraginosis doctoribus plura congerētibus quā digerentibus f[illegible]sere alii: *Opus sectione* quasi sy posiarchicâ, quam ὀρθοτομίαν Apostolus vocat: s ctione autem non Ramisticâ, superstitiosâ, otio dispendiosâ, tædiosâ, sed quæ captui auditorum congrua & æqua; stillare præstat aquas pretios quam longis contextibus effundere, aures obtu dere; ponderare præstat momenta quā numera אספרה ait oratorum orator Christus Psal. XX

h. e. logisticâ quadam calculorum accuratione,
ponam nomen tuum fratribus meis. Opus ὑπο-
ιν, de quâ comite vitâ, in tertiâ curâ ideæ Inter-
etis copiosius. Non sufficiunt autem λογικὰ quæ
itatem cœlestem nudè asserunt: accedant opor-
παθητικὰ quibus affectus concitantur, & ἠθικὰ
ibus etiam mutus orator docet; sicut enim ne-
bonus non indignatur cum
*Clodius accusat mœchos, Catilina Cethegum:*
facilius movetur ad imitationem, cui pastor
em exemplo prætulerit.

## *Ad pag.* 121.

Mitationis summa virtus est prudentia in dele-
ctu exempli, quod imitére, in modo, quomo-
? Dignum est Origenis exemplum quod (se-
ptâ allegomaniâ de qua suprâ) consectére. *Est*
*jus homiliis videre singulare concionandi artificium.*
*rdia homiliarum brevia; dictionis perspicuitas mi-*
*ilis, nihil in eo ambitiosum, nihil affectatum.*
*obiurgandis auditoribus quam modestam adhibue-*
*severitatem, documento sunt Homilia vigesima ter-*
*in Genesin, Homilia duodecima in Exodum, Homi-*
*nona in Leviticum, Homilia sexta in Iosuam: so-*
*non raro seipsum incusare, ut exemplo suo moveat au-*
*res. Ego me ipsum corripio, me ipsum judico, ego meas*
*as arguo, viderint qui audiunt, quid de semetipsis sen-*
*t; inquit Homilia duodecima in Exodum. In medio*
*orationis cursu in ardens votum erumpit; ut Homilia*
*ta in Leviticum; Atque utinam & mea terra accen-*
*ur igni divino: ut ultra non efferat spinas & tribulos.*

*Homilia decima octava in numeros ; Utinam ergo &*
*captivum habeat semper Christus , & me ducat in p*
*dam suam, & ego tenear eius vinculis alligatus, ut &*
*dici merear vinctus Iesu Christi.* Nonnunquam pias
Christum Apostrophas texit ; ut Homilia vigesima sep
ma in Numer. *Quando me, Domine Iesu, ab his omn*
*languoribus curabis? quando sanabis? ut ego dicam:*
*nedic anima mea Dominum , qui sanat omnes langu*
*tuos. multò verò dignius imitatione exemplum est* Ioh
*nis*, ab aureo ore ac aureo dicendi flumine *Chryso*
*mi* dicti, de quo iuvat audire iudicium *Erasmi in*
*ta eius. Oratoriam puer sub Libanio Rhetore, philosop*
*didicit sub Andragathio : nullam tamen usquam pr*
*ostentationis speciem, sed omnes humanas disciplinas co*
*servire Christianæ pietati, sic admiscens, quasi vinum*
*nerosum aqua modica diluas.* Nusquam enim est aq
*vel color vel sapor , sed tamen sentis vinum esse suav*
*Cumque tantus esset , tum eruditione , tum eloquent*
*tamen incredibili quodam iuvandi studio , quicquid s*
*scripsit , accommodavit auribus populi, eoque ad huius*
*ptum demisit orationis habitum , quasi præceptor c*
*puero discipulo balbutiret. nihil est reconditum in divi*
*literis , quod ille tractando non reddiderit theatricum,*
*ita loquar , ac populare. Sic eruit , quæ sunt abstr*
*sic ostentat , sic ingerit oculis, dicas esse quempiam,*
*singularis artificii tabula spectatores remoretur : qu*
*quo diutius ac propius inspicias, hoc magis aperit sese*
*inde novi quippiam, quod oculos fefellerat, & in anim*
*versum recreat. Tali revera tabulæ similis est divina s*
*ptura, quam incomparabilis artifex spiritus ille cælesti*

*ni*

*llo nobis depinxit, ut in hujus contemplatione jugiter stantes, & hujus mundi tædia fallamus, & semper ali-d novæ voluptatis percipiamus ex cognitione rerum a-arum. Atqui commonstrator idoneus huius tabulæ possit esse, nisi qui sit ipse præclarus artifex, & insigni-oculatus. Velut hic noster Lazarum ac divitem produ-n theatrum: sit enim hoc exempli causa propositum. alius perspexisset, quæ ille ibi commonstrat? Cumq; spectator credens nihil superesse parat abitum, ille re-t, heus inquiens, superest aliud cumprimis annotatu um: deinde rursus aliud ex alio commonstrat, nec te tur à tabula discedere, tandem adhuc avidum & in-tem dimittit; Metaphoris & collationibus, quoniam imum conducunt & ad lucem & ad iucunditatem ora-s, frequenter utitur, in quibus inveniendis quidem s est, sed multo mirabilior artifex in tractandis. Tra-tur autē ex circumstantiis, à pari, maiori & minore. nirum quos gradus invenit, vel deprimendi, vel exag-ndi. Addit subinde stimulos, nunc collaudans illorum tatem, nunc obiurgans segnitiem, nunc pollicens se cognitu prolaturum si conspiciat attentos & avidos, aliis atque aliis nominibus commendans argumen-quod tractaturus est; Nonnunquam repetens quæ dixerat, nec rarò faciens idem in eadem concione. t hoc vir eloquentissimus multitudinis ingenio, rudi er atque obliviosо, quæ nec intelligit, nisi dilucidè que tradas, nec meminit nisi subinde repetitum insi-Tamen hodie commodior est conditio dicentium, olim fuit. Tum etiam paganitatis reliquiæ, gla-rum paria, concursus equorum, athletæ, pugiles, alia-*

que

*que theatri certamina, plebem avocabant à concione* [...] *cra, nec episcopis ullum aliud jus erat, quam linguæ.* [...] *hæc in ipsis concionibus cogebantur quiddam è thea*[...] *pati, sibilos, applausus, acclamationes, gesticulatio*[...] *frequenter indecoras, quibus vel corrumpi, vel interpe*[...]*ri poterat clientis impetus. Et tamen Chrysostomus* [...] *tidiè loquens populo, frequens habebat auditori*[...] Modus imitandi libertatem amat & apin[...] delectum, odit simialem stoliditatem & servit[...]tem. *Prudentis est quod in quovis est optimum suum facere.* vid. Fab. Quintil. lib. 10.2.

# FINIS.

# TRACTATUS
De
# MEMORIA
# JOH. CONRA-
# DI DANNHAWERI
D. & PROF. PUBL.

EDITIO SECUNDA.

ARGENTORATI

Typis JOHANNIS PHILIPPI MÜLBI,

ET JOSIÆ STEDELII.

M. DC. LI.

10540